

le, neq; impedit reuocationem talium donationū, si-  
cut neq; impedit reuocationem donationis. causa mor-  
tis, vt dicitur 287. dicitur est. Qñ autē præcessissent in sti-  
tutio maioratus, aut melioratio, facta in vltima volū-  
tate, & ex intervallo sequeretur postea traditio rerū  
ad maioratū, aut meliorationē, attinētū, nulla facta  
mentionē. qd ad vltimā voluntatē ex executione man-  
dandā id fiat, vnde cois opinio, quā referit ac sequit-  
ur. Ant. Gom. & Molina vbi supra affirmat, cenferi  
factā de nouo donationē inter viuos eandē rerum,  
subsequuta traditio, ac proinde reddi irreuocabiles,  
iuxta ea que de legato prius facta, sequuta postea  
ex intervallo traditio sine vlla mentionē, quod ad  
mandandum executioni tale legatum id fiat, affir-  
mat communis doctorum sententia, quam ijdem do-  
ctores foidem atque à nobis dictum est disp. 193. §.  
vlt. & Ant. Gom. l. tom. var. refic. l. 2. n. 4. ac Couar.  
in Rub. de test. par. 2. nu. vlt. §. vlt. referunt ac sequū-  
tur. Recte verò ait Couar. vbi supra, per eiusmodi  
donationem præsumptam de eadem re factam ex in-  
teruallo cenferi extinctum prius legatum. Hoc loco  
obserua, quomodo dictum h. Molinam hæc omnia  
affirmare, numero tamen 20. in fine, subiungere, nō  
carere id difficultate, quando maioratus prius eflet  
institutus in vltima voluntate, & postea sequuta ef-  
fict traditio rerum ad eum maioratum attinentium.  
Quoniam ad hoc, vt ex traditio rerum maioratus  
facta ex intervallo, cenferatur facta noua donatio inter  
viuos, opus est dicamus, institutorem recessisse à  
prima institutione, & aliam de nouo intendisse effi-  
cere, quod, inquit, non facile est præsumendum. Vn-  
de addit, quando id eueniret, rem maturius esse cogi-  
tandam.

DISPV. T. 585.

Vtrum, vt maioratus institutio, aut melio-  
ratio in tertio, contractū inter viuos facte,  
irreuocabiles reddantur, satis sit traditio  
rei vnius, an requiratur omnium ad illas  
attinentium. Et an traditio irreuocabi-  
les reddantur, etiam quoad bona futura.

SUMMARY.

- Argumenta proponuntur, quod in institutio maioratus, aut melioratio in tertio, traditio irreuocabiles reddantur, necessaria sit omnium traditio.
- Maioratus institutio, & melioratio in tertio, vt traditio irreuocabiles reddantur, sufficit quarundam rerum traditio.
- Satis sit argumentis in contrarium.
- Maioratus, & melioratio, in tertio quando traditio ne vnius rei cenferatur facta irreuocabiles, quoad eam solam rem.
- Maioratus institutor aut meliorator, si per clausula constituit factas dispositiones irreuocabiles, quoad existente postea aliqua re, interuertat possessionem illius, non idcirco reuocatas dispositiones.
- Maioratus institutor aut meliorator, reddi possunt irreuocabiles traditio clausula constituti, etiam quoad iura incorporalia, & quoad nomina debitorum.

Non necessaria sit omnium earū rerū tra-  
ditio, alioquin reuocabiles maneat insti-  
tutiones illæ quoad res non traditas, sua  
deri potest. Primò, ex illis verbis legis. 17.  
Tauri, auendo entregado la posesion de la cosa y cosas  
en el dicho tertio contenidas, ex quibus constat ad irre-  
uocabilitatem omnino meliorationis, non sufficere  
traditionem rei vnius ad illam attinentium, sed requiri

Primam ar-  
gumentum.

traditionem omnium. Et quamuis in alijs editionib.  
verba illa habent, la posesion de la cosa o cosas, in no-  
ua tamen collectione copulatiua habent, la posesion  
de la cosa y cosas, cui editioni est standum.  
Secundo, qm eisdē duobus iuribus h. fieri eiusmodi  
diinstitutiones irreuocabiles, auendo entregado la  
posesion de la cosa y cosas, quibus ver bis satis aperte  
inuitur, translationē possessionis rerū ad maioratus,  
aut ad meliorationē pertinentiū, efficiere eiusmodi di-  
spōsitiones irreuocabiles: sed, qñ diuersa res prinēt  
ad maioratū aliquē, aut ad meliorationē, apprehensio  
ne possessionis vnius earū, nō comparatur possessio  
reliquitur, esto ad comparandā possessionē rei vnius,  
non sit necesse apprehendere illam quoad oēs illius  
partes, sed satis sit apprehendere illā per partem, ani-  
mo tñ per eā apprehensionē possidendū rem totā, vt  
vtrumque initio disp. 13. ostensum est: ergo traditio  
ne quarundam rerum, ex quibus pertinet ad maio-  
ratum aliquem, aut ad meliorationem, non efficiunt  
eiusmodi dispositiones irreuocabiles quoad res  
cæteras ad eadem institutiones attinentes.

Tertio, rō quare traditio rerū ad maioratū, aut  
meliorationē attinētū, eiusmodi dispositiones irre-  
uocabiles fuit, est, qm ea traditio transeretur earū-  
dē rerū dñium in personā, in qua maioratus est insti-  
tutus, aut qui est melioratus, esto aliqñ possessio earū  
non comparatur, vt si erat apud aliqñ tertium, vt in  
calce disp. 1. citatæ ostendimus: sed qñ traditio fit  
quarundā rerū, & non omnium, ad aliqñ harū dispositio-  
nū attinentium, comparatur solum dominium ea-  
rum, qd traditur, non verò reliquitur: ergo traditio  
solum quarundā ex illis non reddunt eiusmodi dis-  
positiones irreuocabiles, quoad res minime traditas.

Castillo, & Telliis. l. 17. Tauri, in hac insiam  
pendent, qm non additur clausula constituti, quæ iux-  
ta dictā disputationem precedente, comprehendit præ-  
sentia & futura, quæ eodā modo tradita, cenferatur  
pro tempore (quod ad futura attinet) eam illi erunt.  
Ant. Gom. l. 17. Tauri. a. n. 1. & calce. l. 23. ceter.  
satis citior traditū res, aut res aliquas, vt irreuocabiles facte  
eiusmodi dispositiones, & quoad res cæteras, quāuis  
non dū existat. In eadē insia est Molina lib. 4. de pri-  
mog. c. 2. n. 23. modo tñ, inq, traditio alicuius, aut  
aliquarū rerū, eo animo adhibetur, ut dispositio ir-  
reuocabilis efficiat. Sanē in hac insiam propendeo,  
tamēli tuti semp iudicē, addere clausula constituti, q  
res oēs comprehendat, aut traditō corā tabellione feri-  
ptura eius dispositionis. Præter multa alia, quib. Ant.  
Gom. l. 17. citata ducit, hæc insiam confirmat Molina.  
Primò, qd. l. 7. Tauri, de meliorationē in tertio lo-  
quitur: tertū autē, vt ex l. 17. Tauri constat, accipien-  
dū est de bonis, non præsentibus, sed qd tempore mor-  
tis meliorantis reperitur: & id est de institutione  
maioratus ex tertio & quinto, iuxta l. 24. Tauri, in tel-  
ligitur. n. de bonis, qd tempore mortis institutoris fue-  
rit reperta; ac, pinde h. institutiones, & alia, bona  
futura respiciūt, quori traditio fieri neq; statim, nisi  
p actū fictū, neq; si p actū fictū ea fiat, torne effectū,  
nisi p cōparationē ad tēp. in quo res illæ erunt; vt  
disputatione pcedēto dictū est: cū ergo in his oibus  
dispositionibus, & in alijs, qd comprehendunt bona ali-  
qua adhuc acquirēda, nō possit fieri traditio omnium  
rerū p actum verū ante mortē dñi ponēdis, ad effectū, vt  
dispositiones ipse ante eā mortē irreuocabiles reddā-  
tur, neq; sit credendum. l. 17. & 44. Tauri. loq. solū ad  
eā effectū detractione p actum fictū, sed potius per  
actū verum, cōsequēs pcedēto, ut in retum earum le-  
gū nō sit, necessariā qd irreuocabilitatē earū dispositio-  
nium esse traditionē rerum omnium, sed sufficere alicuius,  
aut aliquarum, aut omnino eisdē dispositiones irre-  
uocabiles ea traditione reddendi: præferim tñm. l.  
44. Tauri, etiā in nota collectione, sub dñi unctio-  
ne habeat: Saluo si uierit entregado la posesion de la cosa o  
cosas.

Secundum.

Tertium.

cosas, vbi aperte inuitur, necessariā ad id nō esse tra-  
ditionem omnium, sed sufficere alicuius, aut aliquarū,  
nisi quamque legamus, necessariam esse traditionem  
omniū. Secundo, quoniam legibus. 17. & 44. Tauri  
in verbis, que nūc expendimus, nō agitur ea traditione  
de translatione possessionis rerum ad maioratū, aut  
ad meliorationē pertinentiū, sed de irreuocabilibus  
reddendis eis dispositionibus. traditione ea facta: red-  
dere verò eas dispositiones traditione irreuocabiles,  
sane nō minus pendet ex animo institutoris maiora-  
tus, aut meliorantis, quā restitutio hereditatis tradi-  
tione facta fideicommissario, pendeat à voluntate hæ-  
redis illam restituentis: sed, vt heres grauius resti-  
tuere hereditatē, cenferatur reipsa eam totam restituere  
ad effectū, vt actiones omnes, tam actiue, quā pas-  
siue transleant in fideicommissarium, satis est, h. traditio-  
nem, aut multas res hereditatis, animo tradendi totam  
hereditatem, vt habetur. l. restituta, i. prin. ff. ad  
Treb. his verbis. Restituta hereditas videtur re ipsa, si  
forte passus est heres possidere res hereditarias, vel totas,  
vel aliquas earū, hac mente, vt vellet restituere, & ille  
suscipere, dictumque vtrumque est disp. 186. ergo ea  
dem ratione, vt dispositiones, de quibus loquimur,  
irreuocabiles traditione fiant quoad omnia, satis est,  
traditio vnam, aut multas res, ad eas dispositiones attinen-  
tes, neque est necesse, tradit omnes.

Ad primū. Ad primū ergo argumentum in contrarium di-  
cendum est, vbi de la cosa y cosas, cōiunctionem aequi-  
pollere dñi unctio o cosas, qd frequens est in iuribus,  
ut habetur. l. sepē ff. de ver. sig. præsertim cū lege.  
44. in eadem noua collectione habeatur, de la cosa  
y cosas: & cū neutro in loco fit sermo de omnibus re-  
bus, vt constat ex legum ipsarum intento explicato.

Ad secundū. Ad secundū negandum est, eodem modo requiri  
traditionē ad possessionē comparandam, & ad irre-  
uocabiles efficiēdas dispositiones aliquas expressio-  
ne, seu declaratione animi per eam traditionem, vel  
ad aliud ius conferendum simili animi declaratione,  
vt ex l. restituta citata constat, & affirmat Bar. & alij,  
quos Molina vbi supra n. 28. refert ac sequitur: quare,  
estō traditio alicuius rei, aut rerum aliquarum,  
ad eandē dispositionem attinentiū, solū comparo  
tur possessio earum, que traduntur; non verò earū,  
que non traduntur, nihilominus traditione alicuius  
earum rerum, animo ea traditione irreuocabiles red-  
dendi dispositionem, irreuocabiles efficiunt quoad  
omnia vniuersim, quæ illa cadunt.

Ad tertium. Ad tertium neganda est maior: nō enim irreuoca-  
bilitas pendet à dominij translatione, vt constat, qd  
quando dispositiones fiunt contractu oneroso cum  
quodam tertio, irreuocabiles eo ipso redduntur, ne-  
que tamen transferuntur dominium, nisi accedat tradi-  
tio: sed irreuocabilitas pendet ex eo, quod id fiat, qd  
à lege est dispositum, vt sit sufficiens ad reddendas il-  
las irreuocabiles: qd in re proposita est traditio, saltē  
alicui, vel aliquarū rerū animo firmas illas efficiēdi.  
Ibidem Molina. nu. 30. ait, si quando fit traditio  
alicuius, aut aliquarum ex rebus ad maioratū, vel ad  
meliorationē attinentiū, adhibetur, id fieri ad maiorē  
eius dispositionis firmitatē, vel vt reuocari non possit,  
aut aliud simile, cōcedendum esse eam traditionem  
esse factā animo reddendi irreuocabilem totam dis-  
positionem, idemque esse, si tradantur omnia præ-  
sentia ad eam dispositionē attinentia, esto nihil aliud  
exprimat: quia tunc institutor, aut meliorans, fecit  
totū, qd pro tūc facere ad id poterat: secus autē, si ex  
multis rebus, quæ erant in prospectu, & ad eam dis-  
positionē attinebant, tradat vnam, nihil aliud expri-  
mēdo: quia tūc quoad eam solam, cenferitur facta ir-  
reuocabilitas talis dispositio; nō verò quoad reliquas.

Numero, 31. idem autor aduersus Telliū, ceterū  
contentantē ad Ant. G. l. 17. Tauri. nu. 2. addit. Si  
maioratus institutor, aut meliorans, constituit se pos-  
Tom. III.

ffessorē bonorum maioratus, aut meliorationis, loco  
vocati primò ad maioratus, aut loco meliorati, quam-  
uis cum Baldo, & alijs fit dicendum, si interuertat  
possessionem comparatione rei alicuius futuræ ad  
eam dispositionem attinentis, dicitur, se non compa-  
rare possessionē eius rei uocato ad maioratū, aut  
melioratū, sed sibi, non acquiri illi possessionem, ni-  
hil impediēte clausula constituti antecedente, quæ  
ad eam etiam rem fere extendebat: nihilominus per  
eam possessionis interuertionem, non cenferi reuo-  
catam maioratus institutionem, aut meliorationem,  
etiam quoad eam rem. Ratio autē est, quoniam per  
clausulam constituti facta fuit à principio ea institu-  
tio omnino firma & irreuocabilis simpliciter, &  
quoad omnia: possessio autē per eandem clausulam,  
qd quoad eam rem pēdebat ex illius existentia, potuit  
interuerti & impediēti protestatione illa, & animo  
non acquirēdi possessionē eius rei illi alteri, sed sibi:  
sicut, post acquiritā alicui possessionē, potest ab illa  
deurbari, eamq; amittere, comparate eam altero.

Ant. Gom. l. 17. Tauri. n. 13. affirmat, esto, quā-  
do ex tertio fiebat maioratus institutio, aut meliora-  
tio, institutor, aut meliorans, se cōstituit possessio-  
nem loco primò uocati, aut meliorati, solum rerum  
præsentium ad eam dispositionem attinentium, dis-  
positionem reddi irreuocabilem, etiam quoad futu-  
ra. At verò Molina vbi supra. nu. 32. verū quid id  
esse, si institutor, aut meliorans, hac via intēderet effi-  
cere dispositionē irreuocabilem, maleq; ea de causa  
reprehendā Telliū in eadem lege: quia tunc irreuo-  
cabilitas se extendit ad omnia, etiam si traditio per  
eam clausulam constituti solum se extendat ad præ-  
sentia: secus verò ait esse, si non significat, se ea uia  
intendere firmam, aut irreuocabilem efficiere eam  
dispositionem: quia tunc solum manebit irreuocabi-  
lis quoad præsentia, non verò ad futura.

Telliū. l. 17. Tauri. n. 56. asserit, in rebus incorpo-  
ralibus, in quibus maioratus institutor, aut melio-  
rans, possessionem non habet, non posse fieri maio-  
ratum, aut meliorationem; irreuocabilem, nisi cessio  
earum rerum in corporalium interueniat, etiā si  
maioratus institutor, aut meliorans, se constituit possi-  
dere bona omnia maioratus, aut meliorationis nomi-  
mine primò uocati, aut meliorati. Id tēo probat,  
quia in iuribus incorporalibus, ut in nominibus de-  
bitorum, non aliter fieri potest traditio, quā per ces-  
sionem, ut constat ex l. 3. in prin. ff. pro socio, ubi ha-  
betur, nomina debitorum acquisita ab uno ex socijs,  
administrando societatis societatis, non communicari  
alijs socijs, nisi cedantur: cū tamen res alia ac-  
quisitæ negotium societatis administrando, statim  
ceteris socijs pro indiuiso, & expamet iuris dispo-  
sitione, acquirantur, postulante id ita contractu socie-  
tatis, ut habetur. l. 1. & 2. ff. pro socio, & suo loco di-  
ctum à nobis est: quare, vt aliqui dicunt, societatis ius  
habet clausula constituti loco aliorum fororum, cum  
eum in societate, ut clausula: illius constituti iuris-  
ualis, non fiat traditio rerum incorporalium alijs  
socijs: neque proinde comparant possessionem earum  
abique cessione; consequens est, ut neque si  
institutor maioratus, aut meliorans, constituit se  
possidere bona maioratus, aut meliorationis, loco  
primò uocati, aut meliorati, cenferatur facta traditio,  
aut translata possessio rerum incorporalium, ac pro-  
inde neque reddita, quoad illas, sit ea institutio irre-  
uocabilis.

Merito autem Molina vbi supra. nu. 35. iuxta hæ-  
ctenus dicta, ait. Si maioratus, aut melioratio, consti-  
tat in rebus corporalibus, & incorporalibus, ut re-  
gulariter consistere solet, tunc per clausulam constitu-  
tū effici dispositionē, etiam quoad incorporalia, ir-  
reuocabilem, esto darentur, neque traditionem esse  
factam, neque possessionem esse translata, quoad  
D 3 res in-

res incorporales: quoniam satis esset traditio quoad res corporales animo firmandi totam dispositionem, qui animus colligitur ex clausula constituti quoad omnia, ut censeretur facta irrevocabilis quoad omnia vniuersi. Dicendum deinde est, si res incorporales eius natura sint, ut quali affixae sint rei alicui corporali, ut sunt iurisdictio alicuius loci, vltimusque praedij alicuius, & aliae similes, vel sint eius naturae, ut possessio earum comparari possit vsu illius, ut est ius eligendi aut praesentandi, tunc falsum esse, per clausulam constituti adhibitam ab eo, qui vere possidebat, non censeretur factam traditionem quasi possessionis talium rerum incorporalium absque vlla cessione: quemadmodum absque cessione potest comparari possessio, aut quasi possessio earum rerum incorporalium per actum corporalem, aut per vsu in eis earum, ut disp. 14. ostensum est. Lex autem 3. ff. pro socio, non loquitur de eiusmodi rebus incorporalibus, ut illam inteneri est satis perspicuum, sed solum loquitur de nominibus debitorum, hoc est, de debitis, ad quae competit solum actio personalis, quorum proinde quasi possessio non videtur qua alia ratione possit transferri in alium, quam per cessionem: acquiratque postulat, ut eiusmodi intra contractu ab vno socio tum comparatione alicuius, qui se illi obli gavit, non prius competere alij socijs, quam ab illo socio eis cederentur aduersus eum debitorem, ut actionem aduersus illum intenter possent. Alias responsiones adhibet Molina, vbi supra, nu. 36. legi illi, quae videtur apud illum poluunt. Denique ait, quando maioratus aut melioratio, solum constat et iuris incorporalibus eius naturae, cuius sunt nomi na debitorum, quod raro, aut nunquam eueniet, tunc clausulam constituti habere vim cessionis, ac traditi onis eorum, ut cum Molino affirmat. Eum legito

D. I. S. P. V. I., 586.

Quibus alijs actibus maioratus institutio, & melioratio irrevocabiles reddatur.

S Y M M A R I V M.

1. Maioratus institutio, & melioratio in tertio, contractu celebrata, adiectio pacti de eis non reuocandis, irrevocabiles redduntur. Et quibus rationibus quidam sibi contrarium immerito persuadeant, & quo modo respondeant ad fundamentum verae sententiae.
2. Satis sit argumentis.
3. Maioratus institutio, aut melioratio, ut irrevocabiles fiant pacto adiecto de eis non reuocandis, parum refert, siue id pactum apponatur in ea instrumenti parte, in qua continetur dispositio, siue in ea, in qua de executione agitur.
4. Clausula a tabellionibus in quacunque parte instrumenti apposta, nisi aperta coniectura sit in contrarium de partium consensu apposta, censetur.
5. Maioratus institutus ex regia facultate, in qua continetur, quod semel institutus, reuocari non possit, etiam si per vltimam voluntatem sit institutus, reuocari deinceps non potest.
6. Maioratus institutio si confirmetur in iuramento, quo institutus iuramento asserat, se illam efficere, non est irrevocabilis: sed si iuramento promittat, se eam non reuocaturum, aut illi non contrahenturum: & in Lusitania de Regis facultate sit adhibi tum: & quid in Castella.

Conueniunt Molina, lib. 4. de primog. capit. 2. num. 40. Tello, l. 17. Taur. nu. 91. & alij antiquiores eius legis interpretes, ex eo, quod l. 17. & l. 44.

Tauri, tres soli actus explicati commemorentur, quibus eiusmodi dispositiones irrevocabiles reddantur, non propterea excludi alios, vnde idem euenire possit. Atque in primis cotruerunt, nam ex pacto adiecto de non reuocanda aliqua ex his dispositionibus, irrevocabiles reddantur. Respondet vero Molina ibidem affirmanter cum Tello, l. 17. Tauri, num. 99. & cum Peralta, quos refert. Quoniam, sicut donatio causa mortis, quae fiti natura reuocabilis est, si addatur pactum, aut promissio donantis, de ea non reuocanda, redditur irrevocabilis, ac transit in donationem inter viuos, ut constat ex l. vbi ita donatur, & consentunt, l. si alienam, §. Marcellus, in fine, & l. Senatus, §. mortis causa, in fine, ff. de mortis caus. donat. dictumque est, disp. 287. vbi communem ea de re doctorum sententiam reuoluit: sic multo magis eiusmodi dispositiones ita de iure huius Castellae regni reuocabiles, ut reddi irrevocabiles tacite possint aliquo trium actuum adiectione, de quibus, l. 17. & 44. Tauri est fermo, & qui dispositionibus praecedentibus explanati sunt, reddentur quoque irrevocabiles expressio pacto de eisdem non reuocandis: quod longe plus exprimit mentem ea in parte dispositio nemis, quam exprimit illi actus.

Idem Molina subiungit, multoties se vidisse ea de re fuisse acriter cotrueritum circa institutiones maioratum cum eo pacto de illis non reuocandis, con tendentibus aliquibus, posse nihilominus reuocari sequentibus rationibus.

Primo, quoniam quando aliquis facit donationem causa mortis cum pacto, vti in nullo alio euentu res reddatur, nisi donatarius, qui eam acceperit, moriatur antequam mori, potest nihilominus donans illam reuocare, ut affirmat glo. si alienam, §. Marcellus, verb. quia acceperit, ff. de donat. caus. mor. quam sequitur Baldi, & alij: quod sane non aliunde euenit, nisi quia, quando donatio est reuocabilis, pactum de illa non reuocanda, non efficit eam irrevocabile: cum ergo dispositiones, de quibus loquimur, factae cotrahitur inter viuos, seu donationes, reuocabiles sint ex dispositione, l. 17. & 44. Tauri, ex ceptis euentibus eisdem legibus expressis, consequens est, ut ex pacto, de eis non reuocandis, non reddantur irrevocabiles.

Secundo, quia quando dispositio est reuocabilis, pactum, aut stipulatio accessoria de ea non reuocanda, est etiam reuocabilis, l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & glo. l. si patronus, verb. Fauiana, ff. si quis in fraud. patron.

Tertio, quoniam clausula de non reuocando, solet assidue poni post verba dispositionis, potius ad executionem, quam ad substantiam dispositionis: clausula autem, quae ad contractus executionem apponitur, non solet alterare eius substantiam, ut colligitur ex Clement. 1. in fi. de preben. & affirmant Panorm. & alij.

Quarto, quoniam clausula de non reuocando, solet apponi a Tabellionibus: eiusmodi autem clausula nihil operantur, nisi constet fuisse a contrahentibus appositam, ut Bar. Panorm. & alij tradunt.

Qui haec ita affirmant, ad legem vbi ita donatur, quae praecipuum fundamentum est cotrae opinio nis, respondent. In eo iure non aliud haberi, nisi donationem, quae alioquin futura erat causa mortis, ex pacto de non reuocando, efficit donationem inter viuos, atque adeo irrevocabilem: dispositiones autem, de quibus loquimur, sunt donationes inter viuos, & reuocabiles ex dispositione, l. 17. & 44. Tauri. nisi aliquid accedat ex ijs, quae in eisdem legibus commemorantur, vnde irrevocabiles reddantur: cum ergo pactum de illis non reuocandis, nihil illorum sit, intenciam; illas donationes inter viuos reuocabiles ex earumdem legum praescripto; consequens est, ut irrevocabiles eas non efficiat.

Secundum

Secundum respondent, idcirco, l. vbi ita donatur, ex pacto de non reuocando induci irrevocabilitatem donationis, quoniam efficit, ut donatio causa mortis transeat in donationem inter viuos: quando autem contractus, de quo inter partes conuenit, non potest transire in aliam speciem contractus, vti que, si reuocabilis sit, non transibit in contractum irrevocabilem adiectione pacti de illo non reuocando: pactum enim cotra naturam, & substantiam contractus, est nullum, ut constat ex l. cum precario 1. in princ. ff. de precar. & affirmant Bart. & alij.

Ad primum argum.

Permissum tamen est in priori sententia. Vnde ad primum argumentum posterioris dicendum est, eam glossam aperte pugnare cum textu ibi, ipsamque glossam cum literis, textum ibi innuere cotra rium: vnde a Bart. & communis doctorum sententia reprobat, quam refert, ac sequuntur Ant. Gom. tom. 2. var. res. cap. 4. num. 22. Couar. in rub. de rest. par. 2. nu. 11. Iul. Clar. 4. lib. sentent. §. donatio. q. 4. num. vlt. & Molina, vbi supra, num. 45. dictumque est, disp. 287. Item glossa illa, iuxta textum ibi, non loquitur de donatione cum solo pacto, de nunquam illa reuocanda, in quo euentu donatio illa transit omnino in donationem inter viuos, quae nullo modo potest reuocari, iuxta l. vbi ita donatur, ff. de dona. cau. mor. & communem doctorum sententiam, quam glossa illa non negat: sed loquitur de donatione eum pacto, vti in nullo alio euentu res donata reddatur, nisi donatarius, qui eam acceperit, moriatur ante donationem: virtute cuius pacti donatio illa retinet de donatione causa mortis, quod si donatarius moriatur ante donationem, donatio reddatur nulla; id quod conuenire donationis causa mortis, esseque illi commune, cum legatis ostendimus, disp. 287. quare licet donatio, de qua ea glossa loquitur, & de qua in eo textu erat fermo, virtute continet pactum de nunquam illa reuocanda, habet tamen pactum continens modum, seu conditionem, quod, si donatarius moriatur ante donationem, donatio reddatur nulla; in quo differt a mera donatione inter viuos, idque retinet de donatione causa mortis: & quia id retinet, voluit glossa illa, sed male, cotra textum ipsum, & communem doctorum sententiam, pactum illud aliud virtuale, de nunquam illa reuocanda, non reddere illam irrevocabilem, sed posse donantem poenitere, valideque eam reuocare. Quae autem Molina, vbi supra, nu. 46. addit ex mente Baldi, & quorundam aliorum, quod scilicet, si donatarius, quae alioquin esset causa mortis, aut quae alioquin esset reuocabilis, addatur pactum de illo non contrahendo, etiam si id pactum iuramento sit confirmatum, non reddatur irrevocabilis, disp. 287. est a nobis impugnatum, ostensumque est, pacta de non contrahendo, & de non reuocando, & qui polle in re proposita. Illud etiam obsecra, ut institutio maioratus, aut melioratio, irrevocabiles fiant ex pacto de eis non reuocandis apposto, parum referre, siue id pactum apponatur in ea instrumenti parte, in qua continetur institutio, ac dispositio, siue in ea, in qua agitur de executione. Cum enim de substantia, & natura harum dispositionum non sit, ut reuocari possint, sicut est de natura, & substantia donationis causa mortis; sed solum sint reuocabiles ex dispositione, l. 17. & 44. Tauri, nisi addatur aliquid vnde irrevocabiles reddantur, quod non variat naturam, & speciem earum dispositionum, sed solum efficit eas diuersas accidentium, vti que ex eo, quod eiusmodi pactum apponatur in executione ad cotroborationem, & firmitatem eorum, quae antea disposita fuerant in institutione, non sumitur argumentum, quod non sit positum ex voluntate contrahentium, sed ex consuetudine tabellionum: sicut firmitur in donatione causa mortis, cuius natura destruitur appositione talis pacti: neque enim facile exeten

dum est, contrahentes voluisse in executione destruire, quod in dispositione statuerunt, voluisseque efficere transire illud in dispositionem alterius speciei: de qua re, disp. 287. diximus quid sentiremus, quod attinet ad donationem causa mortis, de qua sola nobis ibi erat sermo. Lege, quae eo locodicta sunt.

Ad secundum dicendum est, illud esse verum, quando tale pactum est redditum nullum, quia est cotra bonos mores, aut quia ita expedire reipublicae: tunc enim pactum de non reuocando, id quod est reuocabile, perspicue est nullum, atque de eiusmodi pacto est sermo, l. stipulatio hoc modo concepta: quando autem nullum est, absurdum quod est reuocabile, cotroboreti, & efficit irrevocabile, ut in iustitio-

Ad secundum.

ne maioratus, aut in melioratione, aut quando pactum, de non reuocando, facit dispositionem, cui apponitur, transire in aliam speciem licitam, & irrevocabilem, diuersam ab ea, quae esset, si non apponeretur ei id pactum, ut quado dispositionis, quae alioquin esset donatio causa mortis, apponitur pactum de ea non reuocanda, validum est tale pactum, reddique dispositionem irrevocabilem, ut ex se liquet, & constat in donatione causa mortis. In glossa autem in eodem argumento citata, sermo est, quando iure est permittum alicui rescindere donationem aliquam, quia in fraudem ipsius alicui ab alio factam: tunc enim quamuis donans illam fecisset sub certa penna, si ab alio reuocaretur, nihil impediendo eo pacto, & pena donantis, posset reuocari ab eo, in cuius fraudem facta esset: quia accessorium illud non admittit ius huius tertio ad principalem reuocandum in preiudicium ipsius factum. Longe autem diuersa est ratio, quando aliquid erat ab aliquo reuocabile, & neque vltim erat absurdum, quod irrevocabile redderetur, & ab ipsomet, a quo poterat reuocari, redditum est irrevocabile per pactum de eo non reuocando, vti in re proposita cernitur.

Ad tertium dicendum est, illud intelligendum esse, quando clausula illa, seu verba aliqua, incidit in executione apponerentur, & quae non manifeste dispositionem auget, interpretatur, ampliatur, aut cotroboreti: secus autem, si manifeste id efficerent: nam tunc, esto post dispositionem apponatur, non minorem vim habent, quam si in ipsamet dispositione inererentur. Possitum autem hoc vim habet, quando dispositio ex sua natura indifferens est, ut vel reuocabilis maneat, vel reddatur firma, & irrevocabilis adhibito aliquo, quod tacite, aut expresse, eam irrevocabilem reddat, ut sunt institutio maioratus, & melioratio: quocunque enim loco, aut tempore id fiat, etiam post contractum instituturum, irrevocabilis redditur.

Ad tertium.

Ad quartum dicendum est, cum tabelliones ministri publici sint, potius censeretur, quae apponunt, esse partium consensu, & obentione apponere, ut cum Felino, & alijs recte Molina, vbi supra, num. 51. ait, & conuenit, l. vlt. C. de fideiuss. & alia iura: quare, nisi coniectura sint aperta in contrarium, censendum semper est, clausulas omnes de consensu partium fuisse appostas.

Ad quartum.

Ad primum vero, quod ad fundamentum prioris sententiae responderetur, dicendum est: Quamuis in ea lege id solum habebatur, inde tamen colligitur sufficienter nostrum intentum. Pactum enim de non reuocando, adueniens donationi, quae alioquin esset causa mortis, idcirco facit eam transire in nouam speciem donationis inter viuos, quae efficit illam irrevocabilem, & irrevocabilitas pugnare cum natura, & essentia donationis causa mortis: quare, qui pactum illud, sublati impedimentum, efficitur habet irrevocabile id, quae apponitur, efficitur consequenter habet transire donationem eam in aliam speciem donationis

nationis inter viuos: cum ergo dispositiones, de quibus loquimur, apte sint fieri irrevocabiles aduentu eius, quod ad id sufficiens sit, multoq; potentius ad id esse sit pactum expremium de illis non reuocandis, quam alia tacita inducta à l. 17. & 44. Tauri ad id efficiendum, consequens profectò est, vt multo magis pactum de non reuocando id efficiat; præsertim cum nulla lege reddendum sit irritum ad id efficiendum. Esse autem dispositiones, de quibus loquimur, reuocabiles intra limites donationis inter viuos, talesque illas inuenire pactum de eis non reuocandis, nihil profectò impedit, quòd eius vi reddantur irrevocabiles, sicut redduntur illis alijs actibus, qui ex legum præscripto irrevocabiles eas efficiunt.

Ad secundum negandum est, idcirco pactum de non reuocando, inducere irrevocabilitatem in donatione, quæ alioquin esset causa mortis, quia facit illam transire in aliam speciem contractus; sed è contrario, quia inducit irrevocabilitatem in ea, & irrevocabilitas pugnat cum natura, & essentia donationis causa mortis, transire eam facit in aliam speciem contractus: quare neganda est consequentia, qua inferitur, ex eo, quòd dispositiones, de quibus loquimur, sint donationes inter viuos, neque appositione eius pacti transire possint in aliam speciem contractus, inferitur, non posse reddi eo pacto irrevocabiles: ad hoc enim, vt pactum de non reuocando, irrevocabilem reddat dispositionem aliquam, impertinens est, quòd transire eam faciat in aliam speciem contractus, aut non.

Molina, vbi supra, cum Peralta ait, si in facultate regia ad maioratum instituendum expressè habeatur, vt, si is maioratus semel instituat, non possit deinceps reuocari; tunc eo ipso, quòd ex ea facultate est institutus, reuocari non potest: quoniam facultas ei conditioni, seu modo iuit affricta: & quoniam ea fuit eo ipso intento, & mens institutoris. Id Molina restringendum arbitrat, modo in contractu, & non in vltima voluntate, sit institutus, quia arbitrat vltimam voluntatem, neque ex principis autoritate, neque ex iuramento, reddi posse irrevocabilem. Contrarium verò nos docuimus disp. 58. iuxta ea, quæ disp. 151. copiosius dicta sunt: quare, si ex facultate illa regia in vltima voluntate instituat, non dubito reddi irrevocabilem.

Quando institutio maioratus, aut melioratio, in eo sensu confirmata esset iuramento, quòd institutus maioratum, aut meliorans, iuramento affirmaret, se eum maioratum ita instituire, aut se ita facere eam meliorationem, tunc, quia iuramentum potius esset assertorium, quàm promissorium, & quia caderet si præiustitiam in se reuocabilem, reuocari vtique posset, nihil impediens eo iuramento. Ita Molina, cap. 2. citato, num. 16. cum communi doctorum sententia, quam refert, dicitur quæ in simili euentu est, disp. 287. circa confirmationem cum Couar. & alijs. Quando autem aliqua eorum institutionum promitteretur non reuocari, & iuramento id confirmaretur, tunc ex natura rei irrevocabilis redderetur: quia, vt dictum est, solum pactum, de illa non reuocanda, efficit illam irrevocabilem, nedum pactum iuramentum confirmatum. Diximus, ex natura rei: quoniam in Lusitania, nisi iuramentum de Regis facultate esset adhibitum, non solum non redderet illam irrevocabilem, sed etiam efficeret eam nullam eo ipso, iuxta ea, quæ disp. 149. dicta sunt. Idem erit in hoc Castellæ regno, eo quòd ea institutio, seculo iuramento, fit valida; & contractus, atque obligationes, alioquin validi, si confirmantur iuramento, eo ipso in hoc regno sint nulli, vt eadem disputatione dictum est. Nisi dicas, has dispositiones esse donationes

A perpetuas, quas in hoc regno fas est confirmare iuramento: aut nisi aliqua eiusmodi dispositio fieret in dotem, quam etiam permiffum in eodem regno est confirmare iuramento, vt disputatione citata dictum est. Quæ dicta sunt de pacto iuramento confirmato non reuocandi aliquam huiusmodi dispositionem, similiter dicenda sunt, de pacto iuramento confirmato illi non contraueniendi: quoniam, vt disp. 287. (hoc idem affirmando circa donationem causa mortis) dictum est, satis est dispositio contrauenire, qui eam reuocaret, ac proinde pactum de non reuocando, comprehenditur in pacto de non contraueniendi. Lege quæ ibi dicta sunt. Nobiscum conueniunt in hoc vltimo multi, quos Ant. Gabr. lib. 2. communium opin. tit. de iureiurando, conclus. 10. num. 11. refert, tamen refragetur Molina, vbi supra, num. 57. cum quibusdam alijs quos citat.

DISPVTV. 587.

Num, vt maioratus institutio, aut melioratio irrevocabiles sint ex capitibus quatuor disputationibus præcedentibus explicatis, necesse sit accedat acceptatio. Atque ex quibus capitibus reuocari adhuc nihilominus eiusmodi institutiones possint.

S Y M M A R I V M.

1. Maioratus institutio, aut melioratio in tertio, vt irrevocabiles in hoc regno sint ex capitibus explicatis, non pendet ab acceptatione vocati, aut vocatorum, neque alterius nomine ipsorum. Et quid in Lusitania.
2. Quamuis concurrant capita, ex quibus maioratus institutio irrevocabilis in hoc regno redditur, si tamen institutus sit ex regia facultate habente clausulam, quòd postquam fuerit institutus, reuocari possit, reuocabilis erit. Et quid adhiberi debeat, vt ea clausula non impediens, irrevocabilis efficiatur.
3. Institutio maioratus, aut melioratio, irrevocabiles reddita ex capitibus explicatis, reuocari possunt superueniente aliquo ex istis, ex quibus donationes reuocari possunt.
4. Maioratus institutus, etiam irrevocabiler, a non habente descendentes, natiuitate filiorum reuocatur in totum. Institutus verò ab habente saltem vicium descendentes, natiuitate filiorum, solum reuocatur quatenus contigerit legitimas eorum retento in maioratu tertio, & quinto.
5. Maioratum, vt instituat, qui facultatem à principe petit, exprimere non tenetur, quod filios habeat.
6. Si maioratus, aut melioratio, ex tertio, & quinto irrevocabiler facti in aliquibus determinatis bonis, & descendentibus bonis, tempore mortis non tot ad tertium, & quintum pertineant, reuocatur quoad excessum. Nisi causa matrimonij fuerit effectus: nam tunc is, cui fuerint facti, eligere poterit velle stare bonis: quæ erant tempore, quo facti sunt. Si tamen donationibus postea factis decreuant bona, illa sunt nulla.
7. In institutione maioratus, aut in melioratione non valet pactum in præiudicium aliorum filiorum, quòd fietur, quoad tertium, & quintum bonis, quæ pater tunc habet, & non bonis, quæ tempore mortis fuerint reperia.
8. Melioratio quousque ex ingratitude reuocatur.

Maior.

Maioratum reuocabilem si verò, coniux de communibus bonis instituta, aut superstes reuocare illum potest, quoad suam partem. Secus quando vxor est superstes, & maritus de facultate vxoris illum instituit.

Quod ad primum eorum, quæ propofita sunt attinet, magno nos onere hoc loco leuabunt, quæ disput. 263. & duabus sequentibus dicta sunt. Molina, 4. lib. de primog. cap. 2. à num. 58. affirmat, nisi interueniat acceptatio eius, qui primò ad maioratum vocatur, quantumuis interueniat quoduis ex capitibus explicatis, vnde dictum est, institutionem maioratus reddi irrevocabilem, posse nihilominus reuocari ab institutore, esto iuramento, sine tali acceptatione, pro miserit eam non reuocare; idque nihil impediens in hoc Castellæ regno, l. 3. tit. 8. lib. 3. ord. quæ est l. 2. tit. 16. lib. 5. noue collect. quæ perspicue videtur contrarium disponere, non solum quando institutio accepta est à quocunque alio nomine primi vocati, præsertim à tabellione, sed etiam quando à nullo est accepta, modo tamen institutus se intendit obligare ad illam non reuocandam, vt ex capitibus explicatis tacite ex legis dispositione, aut expresse, se intendit obligare. Præsertim, addit Molina, cum maioratus institutio fieri solet cum multis grauaminibus iunctis vocatis ad eum, atque ad institutum illa non sit mera donatio, sed ex parte fit contractus onerosus, qui, ad validitatem, acceptationem, mutuumq; consensum, requirit. Arbitrat etiam, nihil impediens acceptatione tabellionis, tanquam ministri publici, nomine absentis vocati ad maioratum (per quam acceptationem actionem vtilem acquiri ita vocato confiteretur, dependente à ratificatione ipsius) posse institutorem maioratus reuocare institutione antequam sequatur ratificationem eo modo vocati. Addit verò, quòd donatio fit pluribus ordine quodam, vni post alium, si fiat illis tanquam priuatis, necessarium esse acceptationem cuiusque eorum, vt reuocari non possit comparatione vniuscuiusque eorum, alioquin, si à solo primo acceptetur, posse reuocari comparatione cæterorum, interim dum ab eis non fuerit acceptata. Si autem donatio, seu institutio, familia sit facta, vt in maioratibus fit, quamuis ad eam institutionem multi vocentur ordine quodam, tanquam membra, & partes familie, tunc eo ipso, quòd à primo instituto est acceptata, redditur irrevocabilis quoad omnes, vt constat ex l. 44. Tauri, in qua disponitur, quòd eo ipso, quòd traditio est facta primò vocato, redditur institutio simpliciter, & omnino irrevocabilis.

Quamuis verò maioratus ex aliquo è capitibus explicatis irrevocabilis reddatur, esto non acceptetur à primò vocato; ex dictis tamen tribus disputationibus citatis constat, contrarium ferè in his omnibus esse dicendum, atque Molina affirmat. In primis enim ostendimus, in hoc Castellæ regno, non solum quando donatio, aut maioratus acceptatus est à quodam tertio priuato nomine absentis (in quo omnes consentiunt) nedum à tabellione ministro publico, sed etiam quando à nullo est acceptatus, modo tamen institutor intendit se obligare ad eum non reuocandum, post l. 3. ord. citatam, quæ est l. 2. tit. 16. lib. 5. noue collect. non posse reuocari. Ostendimus item, si institutio confirmetur iuramento eam non reuocandi, si seculo iuramento, esset reuocabilis, vt iuramenti irrevocabilem reddi, etiam ante acceptationem. Præterea ostendimus, acceptationem tabellionis, tanquam ministri publici etiam extra iudicium, non solum parere actionem vtilem absenti ante acceptationem ipsius dependente ab eiusdem ratificatione, sed etiam efficerè irrevocabilitatem ab ea

dem ratificatione similiter dependente: Molina namq; sibi non constare, dum ex fundamento, quòd ducitur, concedit competere actionem vtilem, & negat, interim irrevocabilitatem ab acceptatione dependentem. Habent verò hæc omnia similitudinem in melioratione tertij facta. Item ostendimus, quòd in institutione maioratus apponi solent gratamina, tam parui illa esse momenti comparatione vtilitatis, & commodi maioratum, vt nullus sit futurus, qui institutionem ob ea gratamina non acceptet, ac proinde eiusmodi institutiones appellandas non esse contractus onerosos, sed gratuitos simpliciter, atque donationes, ac proinde institutoris obligationem tacitam, aut expremiam, ad aliquam ex his institutionibus non reuocandam, non pendere in hoc Castellæ regno post l. 3. citatam, ab acceptatione vocati; tamen est pendens semper sit, ad hoc vt ea obligatio non dissoluatur, à ratificatione vocati, aut vocatorum ad illam. Ac facit, si eiusmodi institutiones contractus essent simpliciter onerosi, idque in causa esset, vt ad obligandum institutorem ad eam non reuocandam, necessaria esset acceptatio, & mutuum consensus, non solum esset necessarius consensus primo vocati, sed etiam cæterorum omnium, vt obligatus maneret institutor comparatione cuiuscunque eorum omnium, sicut necessarius esset consensus cuiusque eorum, vt vnusquisq; obligatus maneret ad gratamina, quæ in re compensatione subire deberet. Item disp. 265. citata ostendimus, quando donatio multis est facta ordine quodam, neque eum grauamine, vt primus donatarius tota donationem, aut partem illius, restituitur secundo, & secundus tertio, quousque grauamen illud de iure huius regni, aut communis remitti possit, aut non possit, ante acceptationem secundi, aut tertij donatarij. Lege quæ tribus disputationibus citatis, quoad hæc omnia dicta sunt.

Illud obserua, in institutione maioratum in Lusitania, & similiter in melioratione in tertio, quando hæc sunt contractus inter viuos, standum esse dispositioni iuris communis, quando reuocari possint, aut non possint: perinde enim de illis iudicandum est, atque de cæteris donationibus similiter factis. In eo verò regno ad irrevocabilitatem necessaria erit acceptatio, nisi institutio confirmata esset iuramento appofito ex facultate Regis: & sufficeret acceptatio per tabellionem, iuxta ea, quæ de iure eius regni, disp. 264. dicta sunt, iunctis quæ diximus disp. 263. Hæc de primo eorum, quæ propofita sunt, notandum.

Quod ad secundum attinet. In primis quantumvis concurrant tria illa capita, aut eorum aliquod, ex quibus dictum, iuxta l. 44. Tauri, est institutio in maioratus reddi irrevocabilem; si tamen maioratus ex regia facultate sit institutus, atque in ea facultate contentatur, quòd, postquam fuerit institutus, potest liberè ab institutore reuocari, quam clausulam Molina, vbi supra, num. 78. affirmat communiter apponi in regis facultatibus; tunc, esto ex causa onerosa matrimonij sit institutus, itaq; facta traditio, potest nihilominus ab institutore liberè reuocari, vt expresse habetur, l. 44. Tauri, & affirmat Molina, num. 78. citato: neque est eum conueniat, quæ, iuxta ea institutione, nupit alium; quando quidem prius à lego fuit ad mortem, eam institutionem tantè esse reuocabilem. Subiungit verò ibidem Molina, num. 79. optimum consilium esse, quando maioratus, ita ex regia facultate institueretur, vt, quod illam irrevocabilem instituire vellet, hanc clausulam adijceret; quòd promittit maioratum perpetuo firmum ac ratum habere, eumque nunquam reuocare ex quacunque causa, quæ ad illius reuocationem impetuerit, & quòd renunciat potestati sibi regia facultate concessa, vt, post eum institutum, reuocare illum possit, promittitque,

titque, se nunquam ea facultate vsuram. Ait vero Molina, adhibita ea clausula, cessare omnia dubia. Cum enim in fauorem institutoris sit concessa, valida erit illius renunciatio.

Quando maioratus, aut melioratio, irrevocabiliter, modis explicatis, sunt instituta, reuocari nihilominus ex iuris dispositione possunt, aliquo superueniente ex iis, que ad reuocationem donationis iure sunt disposita: id quod non obscurè docet, l. 17. Tauri, que est l. 1. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. dum in illius calce habetur: No se puede reuocar sino por alguna causa, que segun las leyes de nuestrs reynos, las donaciones perfectas y con derecho hechas se pueden reuocar.

Hinc efficitur, si liberi nascantur ei, qui, quod descendentes non haberet, maioratum in aliquo alio irrevocabiliter instituerat, reuocari in totum maioratum illum ea filiorum natiuitate, iuxta ea, que dis- put. 282. copiosè dicta sunt, & affirmat Molina, ubi supra, num. 81. cum alijs, quos citat. Si autem maioratus institutus erat in aliquo descendente, & nascantur postea alij filij, solum reuocabitur quo- uisq; contingerit legitimam eius filij, aut eorum filiorum, idque dempto non solum quinto, sed etiam tertio, que maneat vt ante in maioratu, etiam si maioratus institutus esset in vnicò filio, quando non erat alij descendentes, vt aduersus Calaguritanum Episcopum, & Greg. Lop. copiosè, disput. 283. ostendimus, & Molina, ubi supra, asseuerat. Quo in loco subiungit, cum doctrina hæc vera vniuersum sit in alijs donationibus factis filio, quando postea nascuntur alij, vt disput. 283. citata dictum est; multo magis habere locum in institutione maioratus: eo quod, quod plures filios dicit aliquis habet, eo prior esse soleat ad instituendum maioratum, in quo nomen familie, diuitias, & splendor conferentur, nec bona inter multos æqualiter, aut fere æqualiter, diuisa, quasi in nihilum redigantur: que etiam causa mouere solet principem, vt facilius concedat facultatè, vt etiam contingendo legitimam filiorum; maioratus instituitur, relinquendo tamen alijs filijs com- petentia bona, seu alimenta. Atque hac ratione as- firmat ibi Molina, cum Couar. 1. var. resol. cap. 20. num. 9. cum, qui facultatem petit à principe ad ma- ioratum instituendum, non teneri exprimerè, quos filios habeat: cum pluralitas eorum conferat ad facilius eam obtinendum.

Ex eodem fundamento euenit, si maioratus ex ter- tio, & quinto sit irrevocabiliter institutus in aliqui- bus bonis determinatis, posteaque decreuant bona institutoris, ita vt tempore mortis, deducto ære alie- no, non tot bona ad tertium & quintum pertineant, reuocari eum maioratum quatenus, iuxta quantita- tem bonorum, que tempore mortis fuerint reperta, contingerit legitimam, seu portiones aliorum libero- rum: eo quod, vt habetur, l. 23. Tauri, que est, l. 7. tit. 6. nouæ collect. tertium & quintum accipienda sint, attenda quantitate bonorum, que reperta fue- rint tempore mortis meliorantis, aut disponentis. Excipit, nisi melioratio facta sit, aut maioratus ex ter- tio & quinto sit institutus, ex causa onerosa matrimo- nij: nam tunc melioratus, aut vocatus ad maio- ratum ex ea causa, eligere fauore matrimonij potest, vt stetur bonis, que meliorator, aut institutor maio- ratus habebat quando id dispositi, vt habetur, l. 29. Tauri, que est, l. 3. tit. 8. lib. 5. nouæ collect. Excipit etiam, nisi diminutio in bonis reperta tempore mor- tis proneniat ex donationibus, aut alijs melioratio- nibus, posterius factis ab eo, qui irrevocabiliter meli- orauerat, aut maioratus instituerat ex tertio & quin- to: posteriores enim donationes, aut meliorationes sunt nullæ, ac proinde iudicare nõ possunt priori di- spositioni irrevocabiliter facte, vt ex se est satis pspici- endum, vt ead. l. 29. innuitur. Ita Molina, ubi sup. n. 82.

Dubium est, si pater melioret filium, aut in eo in- stituat maioratum ex tertio & quinto, atque pater & filius renuncient dispositioni l. 23. Tauri, quatenus statuit, vt quoad tertium & quintum stetur bonis, que pater tempore mortis habuerit, pacificaturque inter se, vt quicquid postea tempore mortis patris e- ueniat, stetur quoad tertium & quintum bonis, que pater tempore meliorationis, aut institutionis maio- ratus habebat, valida sit ea renunciatio ac pactum.

Tellius ead. m. l. 23. Tauri, à num. 4. & l. 2. n. 3. affirmanter respondet. Ducitur verò. Primò, quoniam lex illa 23. Tauri, nec concernit fauorem pa- tris, nec filij meliorati, nec cæterorum fratrum, qui pater incertum sit, an bona patris auget, vel minui de- beat vsque ad tempus mortis, ac proinde ex eo pã- cto nullum præiudicium cuiquam eorum pronenit, argum. l. de fideicommissis, C. de transf. & l. si pater puella, C. de inoffic. testa. Quare valida est ea renun- ciatio & pactum.

Secundò, quia quando filio tradita fuit à patre in- tegralitima, spectato tempore traditionis, & filius ea fuit contentus, non potest petere incrementum pos- tea, esto bona patris accrescant, etiam si pactum il- lud non fuerit iuramento confirmatum, vt Butri- ca, Bald. & alij affirmant: quare sicut eiuusmodi pa- ctum circa legitimam est validum, cum tamen legiti- ma, ex præscripto iurium, attendatur habita ratio- ne quantitatis bonorum parentum tempore mortis, consequens profectò est, vt eodem modo sit vali- dum pactum inter patrem & filium, de quo modo nobis est sermo.

Contrarium tamen est affirmatum cum Molina, ubi supra, num. 83. Ratio autem est, quoniam lex 23. Tauri, in fauorem cæterorum filiorum lata est, ne minuantur ipsorum legitima, & ne aliquando e- ueniat, vt tempore mortis solum tertium & quintum repertiar bonorum, que erant tempore, quo facta esset melioratio, aut maioratus institutio, & reliqui filij omnino sine legitima maneat: solumque in fa- uorem matrimonij est concessum, filio quando meli- oratio aliqua ad matrimonium contrahendum facta sit, postea, ita melioratus, stare indifferenter, vel bonis, que parentes habebant tempore talis meliora- tionis, vel que reperta fuerint tempore mortis, vt melioratus maluerit: legi autem, que in aliquorum fauorem lata est, præiudicari non potest renuncia- tione, & pactis aliorum.

Ad primum verò argumentum in contrarium di- cendum est, falsum esse, legem illam non concernere fauorem cæterorum fratrum, pactumque illud inter patrem, & filium melioratum, perpicue cedit in præiudicium aliorum fratrum, cum multo tuior sit fors filij ita meliorati adhibito eo pacto, quam fors aliorum. Iura autem, que in contrarium citantur, solum habent locum, quando fors esset æqualis, neque vllum præiudicium inde pareretur, præsertim contra legem, que contrarium, in fauorem quorundem statuit, vt in re propostita euenit.

Ad secundum negandum est, eum filium nõ pos- se petere incrementum legitimæ, si id pactum iura- mento non sit confirmatum: vt enim disput. 579. cum Couar. & Molina dictum est, id solum habet verè, quando ea renunciatio iuramento confirmatur. Præ- terea, cum pater, vltra legitimam, habeat magnã por- tionem, de qua liberè potest disponere, & que filijs in legitimam non debetur, pactum illud non cederet in præiudicium aliorum filiorum, quoad id, quod ipsis in bonis patris deberetur: quod si aliquando id pa- ctum, etiam iuramento confirmatum, præiudicium afferret fratribus, quia contingeretur legitimæ ipsis tẽpore mortis patris debere, vtique nulli esset tale pa- ctum, etiã iuramento confirmatum, in præiudicium ita aliorum filiorum, vt rectè Molina, nu. 83. citato ait.

Quæstio.

Argumentum primum.

Secundum.

7

Ad primũ.

Ad secundum.

Vtrum

Vtrum autem maioratus irrevocabiliter institu- tus, reuocari ab institutore possit ob ingratitudinem à primò vocato committam, iuxta ea, que de reuo- catione donationis ob ingratitudinem, disp. 381. dicta sunt, aut excludi à successione in illo ea de causa possit, aut debeat, commodius examinabitur in se- quentibus. Melioratio autem perinde, atque cæteræ donationes, reuocari ex ingratitudine poterit. Quousque autem id fieri possit, quando ex causa onerosa matrimonij facta est, disput. 281. citata ex- plicatum est.

Quando duo, vt vir, & vxor, reuocabilem maio- ratum condiderunt, etiam de communib. vtriusque bonis, posse superflitem, quoad suam partem, illum reuocare mortuo altero; secus autem, quando vnus solus, puta vir, eum ita instituit de communibus bonis ex facultate vxoris, disput. 152. est explanatum.

DISPV. 588.

Instituens maioratum ex suis bonis, ad eũ- que vocans filium suum primogenitum, & descendentes illius, nulla alia vocatio- ne omnino facta, an finitis descendenti- bus ex illo, maioratus expiret, & bona illa libera reddantur.

SVMMA RIVM.

- 1. Proponuntur argumenta, quod finitis vocatis ad ma- ioratum, maioratus expiret.
2. Maioratus si sit institutus, finitis vocatis, non expirat, nisi in institutione fuerit expressum, vt tunc expiret.
3. Satisfit argumentis.
4. Melioratione si vocentur aliqui in particulari, & descendentes eorum in perpetuum, illis omnibus de- ficientibus, expiret melioratio ac vinculum, esto sint superflites alij de familia institutoris.

Nequam ad alias formas maioratus crea- ndi, ac producendi deueniamus, exami- nandum est, quanta perpetuitas in His- panis maioratibus sit censenda, quando quidã ad eos vocantur, non facta de alijs mentione. Quod autem, finitis illis descendentiibus maio- ratus expiret, eaque bona libera reddantur, suaderi po- test. Primò, quoniam quando vnus, aut multi, ordi- ne quodam, ad fideicommissum aliquod vocantur, in persona vltimi vocatorum, ea bona libera, mini- meque fideicommissio subiecta, manet, cum pater, §. libertis, in fine, & l. qui solidum, §. prædium, ff. de leg. 2. l. pater filium, §. fundum Titianũ, ff. de leg. 3. ergo finitis vocatis ad maioratum, expirat maio- ratus, eaque bona libera redduntur.

Secundò, quoniam quando quis disponit, ea di- spositio de casu ad casum non extenditur, & multò minus de persona ad personam, sed casus ab ita di- sponete omittus, remanet in dispositione iuris com- munis, vt Barr. & doctores communiter affirmant, argum. l. commodissime, ff. de liber. & posth. l. si mater, §. vlt. ff. de vulg. & pupil. & l. si extraneus, ff. de condic. cau. dat. Imò verò casus eueniens præter testatoris dispositionem, non comprehenditur in ea dispositione, etiam si esset maior ratio idem in eo di- sponendi, vt Cyn. Anchaz. & alij à Molina, lib. 1. de primog. cap. 4. nu. 3. relati, rectè affirmant: ergo finitis vocatis ad maioratum, fieri non potest exten- sio ad alios, ac proinde maioratus expirat eaque bo- na libera redduntur.

Confirmatur hæc ratio, quoniam testatoris, aut disponentis voluntas, que expressa nõ fuit in dispo- sitione, nullius est effectus, vt Baldus, & pleriq; alij, quos Molina, ubi sup. nu. 6. relect, probe affirmant, argum. l. quidam cum filium, ff. de hered. inst. & aliorum iurium: quare, licet maioratus institutor, qui ad eum vocat filium suum primogenitum, & descendentes illius, licet ex ingratitudine poterit, non extendere, id non erit curandum, ac proinde de- ficientibus descendentiibus ex tali filio, expirat maio- ratus, eaque bona libera fient.

Tertio, quoniam fideicommissum, vinculum, & inalienabilitas rerum, onus fuit, & grauamen, vt ex se est notissimum, id eoque cessare in dubio debent: semper enim in dubijs benignior pars est eligenda, & que minus debitorem, personam que honoratam grauet, l. si fuerit, §. vlt. ff. de reb. dub. l. si ita relicti, §. vlt. ff. de leg. 2. l. apud Iulianum, (alias incipit, idem Iulianus,) §. legio, ff. de leg. 1. & l. nũmis, ff. de leg. 3. ergo quando maioratus institutor vocat filium pri- mogenitum, & descendentes illius, & non aliud ex- pressit, eis finitis, expirat maioratus, & bona ma- nent libera.

Quarto, in maioratus institutione, vel expressim bona maioratus alienari prohibentur, vel saltem ta- citè alienari censetur prohibita eo ipso, quod maio- ratus instituitur, vt ex dictis disp. 576. & sequenti- bus, satis liquet: sed, quando aliqui designati alienare prohibentur, ea alienandi prohibitio non extenditur vltra personas expressas, quin potius bona decemeps alienari possunt: vnde, si pater filio alienare prohibuit, ea prohibitio non extenditur ad nepotem, vt constat ex l. pater filium, §. fundum Titianum, ff. de leg. 3. qua ratione, quando pater filio aliquod relin- quit cum clausula, vt id non alienet, sed, si deceaserit sine liberis, id deueniat ad fratrem, censet Couar. 3. var. resol. cap. 5. num. 4. cum Accursio in authentico, de restit. fideicommissis, glo. vlt. & cum Barr. prohibi- tionem illam vltra eum filium non extendi ad nepotem, aut ad fratrem, si is filius sine liberis decefferit, atque ita exponit ibi Accursius: ac denique pro- hibitio alienandi facta aliquibus expressim, non se extendit vltra eas personas expressas, vt habetur eod- em authentico citato, §. nos igitur: imò verò ibidè disponitur, quando prohibitum est alienari aliquid extra familiam, eam prohibitionem non se extende- re vltra quartam generationem nisi aliud adijciatur, rectèque Couar. nu. 4. citato aduersus quosdam af- firmat, idem censendum esse, si prohibitio alienatio- nis fiat extra descendentes: quoniam tam latè patet familia, quam descendentes, imò comprehendit plu- res. Et quamvis dispositio illa authentici illius rigi- da sit quoad hoc vltimum, vt nu. 4. citato rectè Cou- ar. affirmat, si que hodie derogata, l. 27. Tauri, que est l. 1. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. ubi prohibitio aie- nandi censetur facta in perpetuum, esto non expira- tur, quòd sit vltra quartam generationem, quan- do, qui id prohibuit, non expresse, vt esset vique ad certum tempus, aut quoad aliquos solum: ita tam- ex dictis satis liquet, prohibitionem, siue expressam, siue tacitam, factam aliquibus, non se extendere vltra eos, quibus est facta: quare, quando maioratus instituitur, & ad eum vocantur primogenitus, & de- scendentes illius, eis deficientibus, expirat prohibi- tio, & maioratus, manente ea bona libera, vt alie- nari possunt.

Contraria sententia est affirmanda cum Molina, lib. 1. de primog. cap. 4. nu. 12. Couar. 3. var. resol. cap. 5. num. 4. versic. 4. & versic. 5. Gregor. Lop. l. 2. tit. 1. par. 2. verb. mayoris, & verb. el mas propinquo pariente, §. vnde si aliquis, versic. de natura tan. An- ton. Com. l. 40. Tauri, num. 192. & alijs, quos citant. Nempe eo ipso, quòd maioratus instituitur, censetur institui.

Confirm.

Tertium.

Quantum.

institutum perpetuum, ita vt ad omnes vniuersim de familia institutoris, etiam vsque ad millesimum gradum, deueniat, esto aliqui expressi sint, ad quos deueniat, dummodo non sit expressum, quod ad eos tantum adueniat, aut quod eis deficientibus, expiret. Probat, quoniam vt ex dictis disput. 576. & alijs sequentibus constat, de natura Hispanorum maioratum est, idque conclusio in Hispanijs seruata, vt inslar Castella regni, tanquam capitis atque exemplaris, sint perpetui, & in defectum descendendum, ac propinquorum se extendat ad omnes vniuersim, qui sunt de familia institutoris, vt ita in ea perpetuo conferuetur, eoque ipso, quod aliquis maioratum instituit, censetur, ipsamet maioratus institutione, facere substitutiones omnes ad eiusmodi perpetuitatem illius in familia necessarias; quin & omnes illae maioratus nomine comprehenduntur, atque exprimitur, si non in singulari, certe in communi quodam, in quo omnes continentur, ac comprehenduntur: sicut, quando fideicommissum familiar relinquitur, omnes vniuersim, qui sunt & erunt de familia, censentur comprehendendi, ac ordine quodam censentur ad eum vocati quod fuerint in gradu proximiores, vt constat, l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. & alijs iuris. Et sicut in fideicommissio familia relicto, esto aliqui a testatore expressi in singulari ad eum nominentur, succedunt illi quidem primo in illo eo ordine, quo vocati sunt, ceterum, eis extinctis, succedunt ceteri de familia in perpetuum, quo proximiores fuerint, vt constat, l. cum ita legatur, §. in fideicommissio, ff. de legat. 2. illis verbis: *admitti possunt, qui nominati sunt, aut post eos omnes extinctos, qui ex nomine* (hoc est, ex familia) *defuncti fuerint:* ita res habet in proposito, vt quoniam maioratus institutor quosdam dumtaxat nominauerit, seu vocauerit in particulari, dummodo tamen ceteros non expresserit excludendos, illi quidem in particulari expressi, ac vocati, admittantur ante reliquos, ceterum, eis extinctis, admittantur reliqui de familia, quod in gradu fuerint proximiores, qui omnes institutione ipsa maioratus vocati, ac expressi in eo verbo maioratus censentur.

Ad primū.

Ad secundum. Ad secundum, concessio similiter toto antecedente, eodem modo est distinguendum consequens. Si enim intelligatur finitis vocatis in particulari ad maioratum, neganda est consequentia: quoniam, vt maioratus non expiret, satis est, si perferentur vocati, & comprehendi nomine ipso maioratus, vt explanatum est, esto finiti sint vocati in particulari. Si vero consequens intelligatur, finitis vocatis, tam in particulari, quam in communi nomine maioratus, concedenda est consequentia, sed id non est contra nos, neque inferuit instituto argumentantis.

Ad secundum.

Ad confir.

Ad confirmacionem dicendum est, disponens quidem voluntatem, quae in dispositione expressa non sit in particulari, neque in aliquo verbo generali, in quo illa comprehendatur, nullius esse effectus; ceterum eam quae, licet expressa non sit in particulari, expressa tamen, & comprehensa est verbo aliquo generali, vt in re proposita omnes de familia proximiores in gradu comprehendi sunt verbo maioratus, esse maximi effectus: eaque de causa, deficientibus descendentes ex tali filio, qui peculiariter, & primo sunt vocati, adhuc voca-

Atos esse proximiores consanguineos in gradu. Ad tertium, concessio antecedente (quamuis dici possit, institutionem, & conseruationem maioratus esse fauorabilem, ac proinde in dubio extendendam) neganda est consequentia: quoniam, in ea ipsa institutione maioratus, vocati censentur proximiores de familia, finitis omnino eo filio primogenito, & descendentes ex iplo.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quartum, admisso toto, neganda est vltima consequentia: in institutione enim ipsa maioratus comprehenditur, vt deficientibus primogenito, & descendentes illius, succedant perpetuo in eo proximiores in gradu de familia, vt iape dictum est.

Non desuere, qui asseruerint, omnes de familia ordine quodam censi vocatos ad successorem in maioratu modo explicato, quando maioratus simpliciter est institutus, nulla in particulari facta vocatione ad illum, aut quando instituitur maioratus, & simul adicitur, vt in eo succedant filius primogenitus, & descendentes illius, vel alia adijciuntur vocationes ad succedendum in illo: cum enim primo maioratus instituitur sit in rebus ipsi, vti que per sona, quae postea ad successorem in illo vocatur, non mutant perpetuitatem priorem maioratus in se, & quoad vinculum, tacitamque prohibitionem alienationis earum rerum. Ceterum quodam maioratus institutio sit primo in personis, addendo, quod ea bona possident iure maioratus, vt si institutor dicat, relinquo talia bona filio meo primogenito, aut filio meo, & descendentes illius, vt ea possident iure maioratus, referent Molina, lib. 1. de primogen. cap. 4. nume. 31. multi dabitur, an eis personis extinctis, expiret maioratus: eo quod institutio illa principaliter censetur facta in personis, fauoreque personarum. Verumtamen dicendum est, cum eodem Molina, ibidem, cum Couar. 3. var. resolut. cap. 5. nume. 1. & 3. & cum multis alijs, quos referunt, praesertim Couar. in editione Caesarangulana, idem etiam in hoc euentu esse censendum, quod in praecedente. Eo enim ipso, quod de maioratus institutione fit mentio, dicendo, quod ea bona iure maioratus possideantur, iuxta nominis huius vim, ac significationem in Hispanijs, communemque intellectum, ac interpretationem consuetudine receptam, intelligatur vinculum perpetuum, ad eumque censetur vocati omnes de familia proximiores in gradu, ita tamen, vt ij, in quibus maioratus instituitur, & qui ad eum in particulari vocantur, praesertur ceteris modo supra explicato. Lege hac de re, si placeat, longiore disputationem apud Molinam, vbi supra.

Hoc loco obserua, cum melioratio non includat perpetuitatem talem, quam dicit maioratus, si quis nomine meliorationis, & non maioratus, vocet deficientes alicuius in perpetuum, aut aliquorum duorum, finitis illis, expiret meliorationem, esto ita meliorationem instituit, alium filium, aut filios habeat, quos non vocet, nec eorum descendentes: vt respondi in melioratione facta ab habente tres filias, qui ad eam vocabat filiam secundam genitam, & descendentes omnes in perpetuum ex illa, in defectumque eorum vocabat filiam tertio loco natam, & descendentes omnes ex illa in perpetuum, nullum alium ad eam meliorationem vocando. Cum autem vtraque filia mortua esset sine descendentes, dixi expirare meliorationem, neque succedere in ea tobolem ex filia primogenita, quae soboles superites erat, & successorem praetendebat.

Ad quartum.

Ad quartum.

Vtrum deficientibus omnino descendentes ex primo institutore maioratus, expiret maioratus, an transeat ad collaterales consanguineos institutoris.

S Y M M A R I V M.

1. Maioratus transit ad descendentes primo ad eum vocati, esto illi deficientes non sint institutoris, quando institutor aliud non expressit.
2. Feudum, deficientibus descendentes eius, cui primo fuit concessum, expirat.
3. Maioratus, deficientibus descendentes institutoris, aut eius, in quo primo fuit institutus, non expirat, sed transit ad collaterales proximiores.
4. Familia alicuius sumitur dupliciter. Vno, pro descendentes illius, vna cum ipso. Alio latius, pro familia agnationis illius, cuius ipse, & descendentes ex ipso, sunt partes.
5. Legitimus, etiam rescripto principis, ad familiam spectat. Secus adoptatus.

Vt explicetur plenius, quanta sit maioratum Hispanorum perpetuitas, haec est quaestio ex amanda est. Ait vero Molina, lib. 1. de primogen. c. 4. nu. 37. quaestione hanc minus habere difficultatem, quando maioratus institutor est instituit in fratre suo, aut in aliquo transfusali consanguineo remotiori, vel in aliquo prolixo extraneo, vtrum scilicet transeat ad descendentes instituti, etiam si illi non sint descendentes institutoris, sed vel sint transfusales, vel omnino extranei comparatione institutoris. Perspicuum quippe est, iuxta naturam, ac perpetuitatem maioratum Hispanorum haec non praecedentes disputationibus explicatam, eo ipso, quod maioratus in aliquo instituitur, quicunque is sit, ad eum vocari omnes descendentes ita instituti, non fecus, ac si in filio primogenito institutoris maioratus institueretur, quando aliud ab institutore non sit expressum. Est enim ex sua natura, primaque origine iuris, & consuetudine recepta, maioratus Hispanus perpetuus, ac indiuiduus, neque eius perpetuitas vi primae ipsius originis consuetudine receptae in alijs potius videtur intelligi conseruanda, quam in deficientibus primi instituti, quando ab institutore aliud non est expressum: cum affectionis ratio, quae in primo institutore comparatione primi vocati considerat, consideretur etiam comparatione descendendum illius ad effectum, vt nulli alij censentur praetati in vocatione ad eum maioratum: nisi expressissimè aliud ab institutore sit expressum, argumentationibus, l. cum quis, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, l. cum acutissimi, C. de fideicommissis, & aliorum iurium.

Præcipuum autem dubium est, quando maioratus instituitur est in primogenito institutoris, illiusque descendentes, an deficientibus omnino descendentes primi institutoris, non solum per lineam primi instituti, sed etiam per lineas omnes fratrum primi instituti, qui omnes descendentes sunt primi institutoris, deficiat maioratus, an vero non, sed deueniat ad collaterales primi institutoris, deficientes eorum. Similiter dubium est, si maioratus instituitur sit in aliquo collateralis institutoris, aut in alio prolixo extraneo, vtrum deficientibus omnino deficientibus ex primo instituto, expiret maioratus, an vero deueniat ad alios collaterales primi instituti, qui proximiores sint in gradu.

Quod expiret, deficientibus omnino descendentes ex primo institutore, aut (quando primo institutus descendens non est ex institutore), deficientibus omnino descendentes ex primo instituto, statueri potest. Quoniam ita res definita est in teudis, quando aliud expressum non est in feudi institutura, vt scilicet deficientibus omnino descendentes ex primo, cui feudum fuit concessum, expiret feudum, & detrahitur ad proprietarium, vt constat ex cap. 1. §. de quia, verbi. cum vero Conradus, de ius qui feudat. post. vbi habetur, quod si feudum ab aliquo acquiratur, succedunt in eo omnes, qui descendentes illius per lineam masculinam fuerint, etiam illi comparatione vltimi possessoris, transfusales sint: fratrem autem primo accipientes feudum, & ceteros transfusales comparatione primo acquires feudum, in eo non succedere, nisi aliud in iunctura fuerit expressum. Idem conuenit ex cap. 1. §. filia, de success. feudi, & apertius ex cap. 2. ff. capitanei, de feudo Marchie, dictumque nobis est, disp. 472. & disp. 473. & consentit communis doctorum sententia: quare idem videtur dicendum quoad maioratus successorem, vt argumento ducto ex teudis, alij Greg. Lop. l. 2. tit. 1. §. par. 2. verb. *mayoria*, post medium, verbi. Item pone.

Argumentum.

Contraria tamen sententia est affirmanda d. Molina, vbi sup. nu. 39. nempe deficientibus descendentes institutoris, ac collaterales, vel omnino extranei, in quo maioratus sit institutus, transeat ad collaterales proximiores gradu. Ratio est, quoniam maioratus Hispanus in perpetuum censetur institutus, vt conseruetur memoria institutoris, non solum in descendentes institutoris, aut primo instituti, atque adeo in familia, cuius institutor, aut primo institutus, sit caput, quae est vna ex vltimacionibus familiae, quae commemorantur, pronuntiatio, §. familia, ff. de verb. sig. fed. etiam, vt quando defecit ex eadem familia ita vltima defecit, conseruetur in familia agnationis institutoris, aut eius, in quo primo institutus est maioratus, de qua etiam familia sermo est, §. citato, & sequentibus, & l. ult. C. de rit. Et enim agnationis familia comparatione institutoris maioratus, aut eius, in quo primo maioratus est institutus, sumitur primo coparatione patris, qui sit primum caput, cuius descendentes per alios fratres, sunt agnati, seu propinqui, de eadem familia proximiores institutori, aut ei, in quo primo maioratus est institutus: deinde sumitur coparatione sui patris, & ita consequenter, quod caput remotius sumitur, ad descendentes ex illo sunt propinqui remotiores in gradu: Arque capita eiusmodi, in familia comprehenduntur, quoniam sunt capita, vt habetur l. familia, ff. de verb. sig. immedia, & post defecit ex eadem vocati ad maioratum, si superites sint, & post eos collaterales. Quod autem familia agnationis ita sumatur, praeter alia, quae habentur l. pronuntiatio citata, §. communi iure, §. item appellatur, sic dicimus: *familiam quasi a fonte quodam memorie*. Nominis vero, vltimi progenitoris in ea lege intelligitur retro coputandum, vt ibid. Alciatus obiter uat: vnde ratione habita superioris alicuius capitis, a quo familia cognationis multorum incipiat, quorum vnus institutor sit maioratus, non solum deficientes ex ipso, sed etiam collaterales eiusdem, de communi illa sua agnatorum familia dicitur, cuius primum caput, non ipse, sed alius superior est, a quo omnes effluxerunt. Summit enim modo explicato agnatorum familiam, etiam ad succedendum in fideicommissio familia relicto, cui maioratus Hispanus multum est similis, constat etiam ex h. v. C. de verbor. signific. iuncta glo. ibi, in verb. post eos, vbi de familia illa non solum dicuntur deficientes re-

Argumentum.

Argumentum.

lin.

Iniquitatis id fideicommissum, sed etiam reliqui propinqui collateralis eiusdem. Porro rationi est valde contententem, vt qui in sui memoriam familiarique sua, aut alienam, maioratum instituit, velit, vt deficientibus suis descendentes, atque adeo familia, cuius ipse est primus caput, succedat familia agnationis, cuius illa familia erat veluti pars, suaque memoria in illa maiori, vt vniuersaliori familia conseruetur quoad membra eiusdem familiae ipsi propinqui. Idemque dicendum est, quando maioratus instituitur in familia alicuius collateralis, aut prorsus extranei, vt in illa memoria institutoris conseruetur, splendetque deinde illa alia familia alterius, in quo maioratus instituitur, Concinit. l. 2. tit. 1. §. par. 5. vbi in regni Hispani successione, ad cuius exequi plur Hispani alij maioratus censentur instituti, statuitur, vt deficientibus omnino Regis descendentes, regnum deueniat ad proximiorum collateralium Regis consanguineum.

Subiungit Molina, vbi supra, num. 44. cum Couar. in 4. decret. cap. 8. §. 10. num. 2. & cum communis doctorum sententia, quam vterque refert, legitimatum, etiam ex relictis pro principis, fieri ex cognatione, & familia eius, cui legitimitur, comparatione omnium, qui de cognatione, & familia sunt, ac proinde, in defectum legitimorum, conseruari maioratus perpetuam, etiam in legitimatis: secus vero in dispensatis quoad alia. Quo vsque autem legitimitur principis relictis aliquis possit, aut non possit, in aliorum praedictorum, ad succedendum in maioratu, secus, & in alijs similibus rebus, & quousque succedere possint, aut non possint, tum ipsi, tum etiam naturales filij, copiose explicatum est, disput. 172. & duabus sequentibus, & disput. 475. Adoptiuus autem filius non reputatur de familia, & agnatione, ad succedendum in maioratu, & in similibus alijs rebus, etiam in defectum filiorum legitimorum: quoniam non est filius, & agnatus verus, vt recte Molina, vbi supra, num. 50. affirmat, & consentiunt, quae diximus disput. 190.

Ad argum. Ad argumentum vero in contrarium dicendum est, illud esse vsque peculiare feudorum, quod longe artius ante Corradum erat, vt constat ex §. & quia citato: quo fit, inde nullum solidum argumentum fiat ad Hispanos maioratus, quorum institutio, ac perpetuitas est valde diuersa.

DISPV. 590.

Quando in institutione mentio non est facta de maioratu, quibus verbis, ac coniecturis censendum erit institutum esse maioratum.

SVMARIVM.

- 1 Maioratus quibus coniecturis praesumatur institutus, quando in institutione nulla fit mentio de maioratu.
- 2 Maioratus praesumitur institutus, quando disponens sufficienter exprimit, se facere dispositionem, qua perseveret in perpetuum.
- 3 Maioratus censetur institutus, quando disponens haec verba adiecit, vt bona perpetuo in familia sua conseruentur, &c.
- 4 Maioratus institutio facta colligitur, quando aliqua bona relinquuntur, vt in eis succedant primogeniti de familia.
- 5 Maioratus institutio etiam inde facta coniecitur, si institutor ea relinquat bona iure propria cognationis, agnationis, aut familiae, vt perpetuo primogeniturae ordine in eis succedatur.

- A 6 Maioratus institutio hinc quoque facta a sumitur, si relictor relinquat bona sua filio, aut alicui consanguineo, vt in eis perpetuo succedatur, seruato ordine primogeniturae.
- 7 Maioratus institutio praeterea facta a praesumitur, si relictor granauit successores in aliquibus suis bonis, vt nomine propria familiae perpetuo appellari debeant, insignitaque eiusdem familiae deferre.
- 8 Maioratus deinde institutio facta a creditur, si relictor masculis propria familia bona sua relinquat, ita vt vnus eorum, ac proximior in eisdem succedat.
- 9 Maioratus item institutus praesumitur, si relictor relinquat bona sua omnia, aut aliqua filio primogenito, ita vt ea deueniant, vel transeant de maiori in maiorem, &c.
- B 10 Maioratus inde factus censetur, si in scriptura institutionis verba aliqua reperiantur, quae maioratus coniecturam praeseferant.
- 11 Maioratus denique institutus praesumitur, si testator ante suam dispositionem professus est, se velle facere maioratum. Vnde si postea in ea dispositione sint coniecturae institutionis maioratus, praesumptio illa complebitur integram sufficientem coniecturam.

**E**X dictis duabus praedictibus disputationibus, iunctis alijs antecedentibus, facile constat, quando in institutione dictum expressum est, maioratum institui, dispositionem habere perpetuitatem duabus praedictibus disputationibus explanatam, atque ad omnes ibi explicatos se extendere. Idem intellige quando in institutione mentio facta est de patronatu, iuxta consuetudinem huius Conchenensis ciuitatis, & aliorum locorum: nomine enim de patronatu, maioratus intelligitur. Quando autem de maioratu non est facta mentio, sequentes coniecturas tradit Molina, lib. 1. de primog. cap. 5. quibus maioratum institutum esse iudicatur, ac proinde institutionem se extendere ad omnes duabus praedictibus disputationibus explicatos, & quibus decendantur lites, quae ea de re frequenter oriri solent.

Prima est, quando in proemio dispositionis apponuntur verba, quibus disponens sufficienter exprimit, se facere dispositionem, quae perseveret in perpetuum, vt si dicat, cupiens memoriam meam conseruare, atque illam perpetuam facere in omnibus primogenitis familiae meae, vel si dicat, quoniam ex maioratum institutione resultat familiarum conseruatio; aut similia alia verba adijciat; tunc esto in dispositione solum faciat particulae quasdam substitutiones primogenitorum ex sua familia, alienandi prohibitionem addendo, nec maioratus nomine vtatur, aut meminerit, dummodo tamen terminum non praescribat, quando dispositio finiatur, censetur instituisse maioratum, qui ad omnes duabus praedictibus disputationibus explicatis, se extendet. Ratio est, quoniam ex praefationibus intelligitur intentum dispositionum, est omnino in dispositione sit expressum, idque, quod in dispositione non est expressum, colligitur, ac supplere ex intento in praefatione explicato, vt constat ex l. vlt. ff. de hered. instit. & ex l. vlt. ff. de testamentaria tutel. & cum Bartol. & communis doctorum sententia, affirmat Molina, vbi supra, numero secundo. Imo vero in ipsa iuris, ac legum dispositione, si initium, & quasi proemium fiat generale, est postea subiiciantur verba specialia, intelliguntur dispositiones generaliter, iuxta initium, ac proemium legis, vt constat ex l. regula, §. vltimo, ibi. Nam initium constitutionis generale est, ff. de iur. & fact. ignor. iuxta quem textum Bartol. communiter receptus, dixit, si praefatio legis sit generalis, lex ipsa genericiter intelligenda est, cito in sequentibus specificè disponat.

Et

Et Bald. quem alij sequuntur, in eadem lege dixit, praefationes praestare lumen dispositioni, & per eas tolli incertitudinem. Item Socin. dixit, verba indefinita, & generalia dispositioni, declarari ex ratione adducta in proemio. Idem Soc. & Dec. addiderunt, praefationem causam finalem dispositionis ostendere, ex qua dispositio ipsa extenditur, & ampliatur. Quos omnes, & multos alios, eandem doctrinam amplectentes, refert Molina, vbi sup. ad num. 3.

Secunda est, quando post aliquas substitutiones, seu vocaciones primogenitorum, disponens haec verba adiecit, vt bona perpetuo in familia mea conseruentur; aut si bona alienari expressa ratione prohibeat, vt in familia primogenitis conseruentur. Etenim, licet sola verba dispositiua sufficienter non deciderit, atque exprimat aliquid, si tamen ratio reddita, ac subiuncta eius dispositionis id deciderit, & comprehendat, comprehenditur censetur id in dispositione, quando dispositio non repugnat: à fine enim à disponente expresso suae dispositionis, intellectus, ac comprehensio dispositiouis sumi debet, vt multis Molina, vbi sup. ad num. 7. confirmat. Quod inde confirmatur, quia quando bona à disponente alienari prohibentur, reddita, ac subiuncta ab ipso ea ratione, vt in familia perpetuo conseruentur, ex eiusmodi reddita ratione censetur inducitur fideicommissum perpetuum inter omnes de familia, vt cum communi doctorum sententia, quam referunt, affirmant Couar. cap. Raynaldus, de testam. in princ. nu. 9. & Molina, vbi sup. nu. 16. Hanc vero doctrinam veram esse existimo, quando vocatis aliquibus expressis primogenitis ad institutionem, adiecit prohibitionem absolutam, minimeque directam ad solos ita vocatos, quae absolute prohibuit, ea bona alienari, reddita ea ratione, vt perpetuo in familia conseruentur: secus autem si, vocatis expressis aliquibus primogenitis, ipsos prohibuit ea bona alienare: quoniam enim tunc ratione reddat, vt perpetuo in familia conseruentur; id quidem erit ratio mortua, & finalis earum particularium vocacionum, & prohibitionis, qua ita vocatos alienare ea bona prohibuit; atque haec duo erunt media conducentia, & partialia, vt si finis sequatur, si vltimus ex ita vocatis, & prohibitis alienaret, idem posset, & alij similibus efficaciter: non tamè ex tali prohibitione, & ratione reddita, sufficienter colligetur institutio maioratus, aut fideicommissi perpetui in ea familia: id quod aperte colligitur ex l. pater filium, §. fundum Titianum, ff. de leg. 3. vbi, cum pater fundum Titianum filio reliquisset, ac prohibuisset filium eum alienare, rationemque eius prohibitionis hanc reddidisset, ita demum fiet, ut fundus Titianus de nomine vestro (hoc est, de vestra familia) nunquam exeat; definitur, non induci fideicommissam familiam, sed successorem tali filio in eo fundo, posse illum alienare. Neque sane est negandum, illud in eo textu appositum fuisse rationem, ac finem, cur si pater filio prohibuerit alienationem eius fundi, vt negare videtur Molina, vbi sup. nu. 17. Est tamen ita ratio, ac finis vnde fuit motus, vt ad eum finem solum adhibere intenderit id conducentis, & partialis mediū. Vnde Couar. & alij solum loquuntur, quando prohibito alienandi est absoluta, minimeque directam ad solos aliquos expressim vocatos, & redditur ea ratio, vt perpetuo ea bona in familia conseruentur.

Tertia est, si bona aliqua relinquuntur, vt in eis succedant primogeniti de familia. Idem effectus diceretur, vt in perpetuum, aut vt semper, succedat in eis primogenitis de familia. Nominem enim primogeniti in genere, nullo particulari designato, intelligitur, quicumque fuerit reperitus in infinitum talis, defuncto vltimo possessore. Quod si ex filijs vltimi possessoris mortuus fuerit filius primogenitus solum non relicta, tunc, qui maior natus fuerit ex relictore

Tom. III.

quis filijs legitimis superstitibus, fortitur rationem primogeniti. Si autem nulla sit soboles vltimi possessoris, succedet proximior transferralis primogenitus. Lege multa, quibus Molina, cap. 5. citato, à num. 18. haec confirmat.

Quarta est, si institutor relinquat ea bona sue propriae cognationi, agnationi, aut familiae, vt perpetuo primogeniturae ordine in eis succedatur, in quo sane euentu nulla potest esse difficultas, censeri institutum maioratum. Quando autem familia aliquid relinquere, & non illo modo distinguendum est. Quoniam si exprimitur, vt perpetuo in familia conseruentur, tractu vt temporis, tunc succedunt iure fideicommissi familiaris, seu substitutionis fideicommissariae intra familiam, ita vt omnes proximiores in gradu simul succedant, vt disp. 577. explicatum est. Si vero nihil tale exprimitur, succedunt vulgari substitutione, atque in prima vice, quae succedunt, expirat successio vi primogeniti institutionis, relictae familiae. Ita Ant. Gom. l. 43. Tauri, & multo copiosius Molina, vbi sup. à nu. 23. cum communi doctorum sententia, quam refert. Quia vero raro in Hispanijs hoc eueniet, longiore de hac re sermone non facio.

Quinta, in qua nihil etiam difficultatis est, si relictor bona sua relinquat filio, aut alicui consanguineo, vt in eis perpetuo succedatur seruato ordine primogeniturae, vel vt semper, aut in infinitum, in eis primogenitis succedat. Seruari enim maxime, perpetuo semper, aut in infinitum, ordinem primogeniturae, & ordinem maioratus, idem tenet. Item aequipollet, primogenitum perpetuo semper, aut in infinitum succedere. Hanc quantam coniecturam confirmat Molina, vbi supra, nu. 23. testibus multis minime ad id necessarijs.

Sexta, si testator grauauit successores in aliquibus suis bonis, vt nomine propriae familiae nominari perpetuo debeant, insignitaque eiusdem familiae deferre. Inde enim coniecitur in Hispanijs sumitur, ea bona vinculo maioratus esse ligata, vt quam plurim, quos Molina, cap. 5. citato, num. 34. refert, affirmant; additque Molina, semper vidisse in forensibus controvertijs maximi momenti, estimatam multum esse, ad agnoscendum maioratus naturam, ac perpetuitatem, hanc armorum, & nominis coniecturam: id quod approbat, quod simul adfert prohibitio alienandi ea bona, aut aliquo primogenitorum vocaciones, vel alia maioratus vestigia: ex sola vero armorum delatione, nominisque familiae appellatione alicui, aut aliquibus iniuncta, quando nullae aliae adesse coniecitur, aut, non videri sufficienter corroborari maioratus institutionem.

Septima, si testator masculis propria familia bona sua relinquat, ita vt vnus eorum, ac proximior, in eisdem bonis succedat. Quod si adderet, semper, aut perpetuo, vel aliud simile verbum, nullam apud me ea coniectura difficultatem contineret. Verbum autem illud, in eisdem bonis, continuitatem denotare videtur, ita vt non sit vnica successio. Circa eam coniecturam longam subiicit Molina, vbi supra, ad num. 5. disputationem. Eum legito.

Octaua, si testator relinquat bona sua omnia, aut aliqua filio primogenito, ita vt deinceps in eis succedatur, aut ea deueniant, vel transeant de maiori in maiorem, vel de primogenito in primogenitum, aut de herede in heredem, vel de masculo in masculum gradatim, aut successiue. Ita merito affirmat Molina, vbi supra, nu. 39. cui alij, quos citat.

Nona, si in scriptura institutionis verba aliqua reperiantur, quae coniecturam maioratus praefereant, non tamen adeo vrgentia, vt maioratum persudant, ac simul cum eis concurrat coniecturo succedendi in eis bonis iure maioratus: licet enim immemorabilis non sit, ea tamen coniecturo, ac

E 2 exe-

exequutio, vna cum eis verbis, integram coniecturam efficiunt: praeterquam cum in dubio melior sit conditio eius possessionis, quod id sit maioratus. Ita Molina, num. 39. citato, & lib. 2. cap. 6. num. 7. Vbi in postrema editione, cum pluribus autoribus, quos citat, subiungit, satis ad id esse consuetudinem decem annorum; ad praescriptionem autem cum titulo requirit arbitratu tempus quadraginta annorum; nos vero id put. 75. diximus, sufficere tempus ordinarium, decem videlicet annorum inter praesentes, & viginti inter absentes.

11 Decima, si testator ante confectum testamentum, eamve dispositionem, professus est, se velle facere maioratum: si enim id postea duobus testibus probetur, sicutque in ea dispositione coniectura institutionis maioratus, non tamen adeo vtgentes, vt id omnino persuadeat, professio illa complebit integram sufficientem coniecturam, confectile maioratum. Ita cum Bart. & alijs Molina, c. 5. citato, nu. 40.

Ex his, & alijs similibus coniecturis, persuadere sibi poterit omnino prudens iudex, influentis animum; atque intentum fuisse condere maioratum; id quod praesentis semper iudicis arbitrio esse relinquentium, praesentis omnibus circumstantijs concurrentibus: atque, vt Molina, consentanea ad Iulium Clarum, lib. 3. sentent. §. testamentum, in cales. q. 79. cum alijs recte affirmat, interdum concurrere multae coniecturae tales, vt singulae non persuadeant maioratus institutionem, omnes tamen simul sumptae, eam convincant. Interdum vero tales occurrunt circumstantiae, ac coniecturae, vt sibi persuadeat, non esse maioratus institutionem.

DISPV. 591.

Qui facultatem obtinuit ad vnum maioratum instituendum, num possit instituere duos. Et qui facultatem obtinuit ad duos instituendos, vtrum instituere possit vnum tantum.

S.P.M.M.A.R.I.V.M.

- 1 Quibus rationibus Greg. Lop. sibi persuadeat, obtenta facultate ad instituendum vnum maioratum, ex illa posse institui duos.
2 Ex facultate principis ad instituendum vnum maioratum, institui non possunt duo.
3 Dispensatus ad obtinendum praebendam vnam integram in aliqua ecclesia, si in ea sint praebendae aliquae diuisae in duas, aut in plures, non potest vi illius dispensationis obtinere dimidiam, aut aliam minorem partem.
4 Dispensatus ad permutandum suum beneficium cum alio, non potest permutare illud cum duobus.
5 Maioratus vnus si institutus sit ex regia facultate, & postea obtineatur alia ad instituendum alium, surreptitia erit nisi exprimat, institutum iam esse illum alium maioratum.
6 Institutus si sit maioratus vnus ex tertio & quinto, & petatur facultas a Rege ad instituendum alium, surreptitia erit nisi exprimat, institutum iam esse illum alium maioratum.
7 Soluuntur argumenta.
8 Varias sententiae referuntur, num habens regiam facultatem ad instituendum vnum maioratum, possit instituere postea alium ex tertio & quinto.
9 Habens regiam facultatem ad instituendum vnum maioratum, non potest alium instituere ex tertio & quinto, si uterque quantitate tertij & quinti excedat.

A 10 Facultatem regiam habens ad instituendos duos maioratus, regulariter instituere potest vnum solum.
11 Dispensatus ad duos, quando vti ea potest ad vnum eorum solum.

Prosequendo maioratum institutiones, seu productiones in rerum natura, quod proprium est, erit nobis consequenter examinandum. Quod ad priorem partem attinet, Greg. Lopez, l. 3. tit. 9. par. 6. verb. no adtra, verb. an autem vigore, & l. 2. tit. 1. §. par. 2. verb. de xasse hijo y hija, in fine, censet, cum, quia Rege facultatem habet ad constituendum maioratum in vno suorum filiorum, posse instituere duos, aut plures in varijs filijs.

B. Id probat ex l. 1. in vnum ex familia, §. si duos, ff. de Arguementis legat. 2. Ex illo enim paragrafo, innotet principio priuilegium eiusdem legis, constat eum, cui aliquid est relictum, vt tempore ius mortis eliquat vnum de familia, quem voluerit, cui illud relinquat, posse eligere duos, aut plures, illudque inter illos diuidere.

Idem probat ex l. 1. in prince, & §. quamuis, ff. de libe. assign. Vbi cum in principio eius legis reclarum esset senatusconsultum, quo statutum est, si in patronum aliquis filiorum assignatus a manu mittente sit libero, cum esse patronum iustus, §. quamuis, additur, esto senatusconsultum in singulari loquutum sit de filio assignato in patronum, & de libero, cui assignatur, idem esse, si plures filij deingerent in patronos, aut si plures liberi patronos, aut patroni similiter deingerentur: quare, esto facultas concedatur instituendi vnum maioratum, poterit, vi eiusdem facultatis, institui multi in varijs filijs.

C. Idem praeterea probat, quoniam maior fauor est filiorum, quod in eis multi maioratus instituantur, quam quod instituantur vnus solum. Contrariam sententiam merito affirmat Molina, 2. de primog. c. 4. nu. 47. Quoniam facultas Regis ad maioratum instituendum ex bonis, ex quibus sine ea institui non poterat, est dispensatio, vt constat vnde sequitur, facultatem ad instituendum vnum, extendi non posse ad duos ex eisdem bonis instituendos: est enim dispensatio stricti iuris, cui extendenda non est, vt disp. 173. dictum est, etia ad calum, in quo erat maior ratio, vt potius in eo dispensaretur, vt constat ex c. cui de non sacerdotali, §. 1. de praeb. lib. 6. vbi habetur, dispensatum ad obtinendam quandam praebendam integram in aliqua Ecclesia, si in ea sint etiam dimidiae, vt in multis sunt dimidij canonicatus, aut dimidia portio, non potest, vi talis dispensationis, obtinere dimidiam, Concinit. c. 1. §. vlt. de filijs presb. lib. 6. iuxta quam doctrinam dixit Ant. de Butrio, quem sequitur Molina, vbi sup. nu. 49. dispensatum ad permutandum suum beneficium cum alio beneficio, non posse illud permutare cum duobus beneficijs. In re autem proposita, cum intentum facultatum ad instituendum maioratum, sit, vt familiae nome conferuetur, & sint homines nobiles, & diuites, qui spoliatori sint recipiebant, eamque defendant, ad quod delectur, bona institutoris maioratus peruenire in diuisa in vno, & non dimidi, atque exinaniri, parita inter multos, consequens est, vt difficultus displiceret ad instituendos duos maioratus, qua ad instituendum vnum. Qui autem contendit, obtinendam facultatem ad instituendum vnum maioratum, in vno filiorum, posse constituere duos, eade ratione concedet, posse constituere tres, quatuor, quinque, aut plures, praeterquam, cum iura, quibus dicitur, eodem modo loquantur de electione trium, quatuor, aut plurium de familia, & similiter de designatione in patronos in quocunque numero: id autem asserere valde esse absurdum. Vnde Molina ibidem ait, consuetudine esse receptum, vt qui, instituto vno maioratu ex facultate

1

Secundum

Tertium

2

3

4

5

6

7

8

regia, instituere vult alium, obtineat ad id nouam facultatem a Rege. Imo iure optimo subiungit, facultatem, seu dispensationem secundam ad id obtentam, esse surreptitiam ac nullam, nisi facta sit mentio de prima iam obtentam: quoniam difficultus concedet princeps secundam post primam, quam eam coactifiliter prior non antecederet. Quin arbitror, si de tertio & quinto suorum bonorum instituitur maioratum vnum, surreptitiam esse facultatem ad instituendum alium, nisi exprimerent institutum esse primum: quoniam similiter difficultus multo conceditur facultas, si exprimat, institutum iam esse illum alium maioratum, quam si id exprimat.

Ad primu.

7

Ad §. si duos, dicendum est, illud non esse dispensationem, neque contra praesumptam voluntatem restitutum, qui totum intendebat id legatum non egredi de familia, siue vni de familia, cui veller, ab haerede granato relinquere, siue inter multos de familia illud diuidere, vt ius ipsius interpretatur: quod si constaret, intentum testatoris fuisse, vt vni tantum relinquere, & vt in vno indistinctum perferret, (quod non habent fideicommissa familiae relicta, vt disputatione praecedente, & disp. 177. dictum est) tunc haeres granatus diuidere illud non posset inter multos: in re autem proposita facultas principis ad instituendum vnum maioratum, est dispensatio, quae extendenda non est, ad id praeteritum, quod princeps difficultus concederet.

Ad secundum.

8

Ad l. 1. §. quamuis, ff. de liber. assign. dicendum similitur est, id non esse dispensationem, sed permissionem, ac dispositionem, vt plures, aut vnus, patroni deingerent, vni, aut multis liberis, tunc illudque esse, inde vnius argumentum ad rem, de qua disputamus.

Ad tertiu.

Ad illud aliud, negandum est, id esse maiorem fauorem filiorum: quoniam non est primi filij, in quo instituendus esset vnus maioratus, neque ceterorum, in quibus maioratus non instituitur, quibus melius est esse vnum inter omnes potentem ac diuitem, qui ceteris sit praefidius, & in quo multum splendeat, ac conferuetur familiae nomen, quam institui duos maioratus, in quibus bona illa diuidantur. Adde, fauorem totius familiae, & splendorem reipublicae, praeponderare fauori alterius filij, in quo maioratus secundus instituere.

Hinc diluetur illa quaestio, quam disputat Molina, lib. 2. de primog. cap. 10. num. 74. Vtrum scilicet, qui habet regiam facultatem ad instituendum maioratum, possit, instituto vno maioratu virtute eius facultatis, instituere alium ex tertio & quinto, virtute regiarum.

Greg. Lop. l. 3. tit. 9. par. 6. verb. no adtra, col. 2. verb. & an habens, primo ait, praeter affirmantem suaderi posse ex l. vlt. C. de repud. haer. per quem tex. Bart. ibi, nu. 7. dixit, tempus dilationis ex priuilegio concessum cruce signatis, non confundi cum tempore dilationis conuentionalis, sed posse cruce signatos vti dilatione conuentionalis, sed in super dilatione priuilegij: quam sententiam sequuntur, Alexan. & alijs, quos Molina, vbi sup. nu. 75. refert. Deinde, eo fundamento non obstante, eorum affirmat Gregor. Lop. vbi sup. duobus ea ratione, quod credendum non sit, principem velle duplici onere filios grauare, regia videlicet, atque legalis facultatis, argum. cap. mandatum, de rescrip. & aliorum iurium.

Molina, vbi sup. ait, se iam hanc quaestionem circa quandam opulentiam haereditatem decidisse: atque in hunc modum eam resoluit. Si enim, inquit, qui habebat eam regiam facultatem, absolute instituit priuilegium maioratum, non exprimens vtrum cum institueret ex regia facultate, an ex legum permissione, conferri instituisse cum ex legum permissione, qua docuerat eod. 2. lib. de primog. cap. 2. & nos de-

ximus disp. 482. Idem vero ait, maiori cum ratione esse dicendum, si, quando cum maioratum instituit, expresse dixit, se cum instituere ex permissione legum, & non ex regia facultate. Atque tunc ait, non posse instituere alium maioratum ex tertio & quinto, neque item ex regia facultate: cum, vt proxime, de mente illius, dictum est, facultas ad instituendum vnum maioratum, non se extendat ad instituendum duos, etiam si vnus sit ex tertio & quinto, & alter ex regia facultate: quoniam surreptitia esset facultas ad instituendum vnum, post institutum alium, nisi de primo instituto facta esset mentio principi: & eadem ratione non potest se ea facultas extendere ad instituendum alterum, post vnum institutum. Addit vero Molina, dubitandum non esse, post tunc ex regia illa facultate augere maioratum prius institutum ex tertio & quinto. Si vero instituit, qui maioratum primum instituit, ex pressit, se illum instituere ex regia facultate, tunc, si bona, ex quibus ille maioratus constat, excedunt aliquo tertium & quintum, non posse instituere alium maioratum: quia iam regia facultas aliquid operata est quoad eum excessum. Si vero non excedit tertium & quintum, post ex tertio & quinto instituere alium maioratum: dummodo vtroque maioratu limites facultatis non excedantur, & maneant reliquis filijs competentia alimenta.

Ego in primis disp. 178. concl. 4. & 5. dixi, quousque ex nostra sententia concedi possint eiusmodi facultates, vt, vtra tertium & quintum, instituantur maioratus: Deinde arbitror, dicendum esse, si vterque maioratus simul sumptis, tertium & quintum non excedat, institui eos posse, sine ad id regia facultas, siue non, vt ex se est notissimum. Si vero illam excedat, institui non posse. Quoniam princeps non censetur concedere facultatem ad instituendum maioratum, qui censetur legitime alij debitas, nisi includendo simul, ac prius, tertium & quintum. Neque censetur concedere facultatem, vt diuidatur bona in tot maioratus, quod, vt dictum est, nisi in institutionis maioratum repugnat. Et quoniam, sicut surreptitia esset facultas ad instituendum maioratum obtentam post institutum vnum ex tertio & quinto, nisi de eo mentio fieret principi, vt dictum est: ita non est censendus concedere facultatem, vt maioratus instituantur contingendo legitime, & referentia do ex tertio & quinto bona, vnde alius abique sua facultate instituantur.

Doctrina vero illa Baldi, quod priuilegium non impediatur facultatem, qua aliunde competat, intelligenda est, quando inde non sequeretur graue prauidium tertio. Et quando non constaret, principem non intendere concedere priuilegium, vt seorsim, hic vnus illius, & seorsim, hic vnus facultatis aliunde competentis, vt in re proposita per epicheiam constat.

Quod ad secundam partem in titulo disputationis propositam attinet, Greg. Lop. l. 3. tit. 9. par. 6. verb. supra citato, censet, habentem facultatem a principe ad duos maioratus instituendos, non posse instituere vnum solum. Ducitur l. 1. ff. de optione legata, & doctrina Bart. ibi, qui ait, habentem facultatem ad eligendos duos, non posse eligere vnum solum. Et quoniam in eo, quod duo instituantur maioratus, cernitur fauor filiorum.

In contrariam sententiam propendit Molina, c. 4. citato, nu. 76. nempe instituitur posse vnum solum. Ducitur, quoniam facultas concessa alicui a principi, vt instituat duos, aut plures maioratus non eum arctat, vt eos instituat, sed solum permittit, potestque proinde, qui eam obtinuit, nullum in statuere. Neque ea facultas in filiorum, sed in eam obtinentium fauorem est concessa, vt ex se habet, & potest ostendari, quoniam cum, vel ostentum est, facultas principis

Questio.

Argumentum.

10

E 3